


21/
4086

LATVIJAS
UNIVERSITĀTES RAKSTI
ACTA UNIVERSITATIS LATVIENSIS

FILOLOGIJAS UN FILOSOFIJAS
FAKULTĀTES SERIJA

IV. SĒJUMS
TOMUS

Nº 2



18/20

LATVIJAS ŪNIVERSITĀTES RAKSTI

FILOLOGIJAS UN FILOSOFIJAS FAKULTĀTES SERIJA

ACTA UNIVERSITATIS LATVIENSIS

SERIES NOVA SECUNDUM ORDINES DIVISA
PHILOLOGORUM ET PHILOSOPHORUM ORDINIS SERIES

IV. SĒJUMS
TOMUS

56 163

3,-

56: 21669

6

RĪGA
LATVIJAS ŪNIVERSITĀTE

1936 — 1937



LATVIAS
UNIVERSITATES RAKSTI
LIBERODOMIS UNIBIBLIOTECAS LATVIAE SERIIS
ACTA UNIVERSITATIS LATVIENSIS
PHYSICOCHIMICAE ET MATHEMATICAES LIBRARI
PHYSICOCHIMICAE ET MATHEMATICAES LIBRARI



Rīga, Puškina ielā 12.



1. AERIALS & WEATHER REPORTS

2. METEOROLOGICAL INFORMATION

201502

2000

1. AERIALS & WEATHER REPORTS

1. The current weather conditions are as follows: Temperature is 20°C, relative humidity is 60%, wind speed is 10 m/s from the North. Cloud cover is 50% at 1000m altitude. Visibility is 10km. The atmospheric pressure is 1013 hPa.

2. METEOROLOGICAL INFORMATION

3. AERIALS & WEATHER REPORTS

SATURS.
INDEX.

Lapp.
Page.

1. J. Plāķis. Latvijas vietu vārdi un latviešu pavārdi. I. daļa. Kurzemes vārdi Lettlands Ortsnamen und Lettische Familiennamen. Teil I. Ortsnamen von Kurzeme (Kursa)	1 304a
2. Ericus Diehl. Hypomnema de Callimachi librorum fatis capita selecta Kopsavilkums	305 446

FILOLOGIJAS UN FILOSOFIJAS FAKULTĀTES SERIJA IV. 2.

HYPOMNEMA

De Callimachi librorum fatis capita selecta.

Scripsit *Ericus Diehl.*

*Arthuro Brock.
Michaeli Rostovtzeff.
Thaddeo Zieliński.*

Praefatio.

Callimachus in carminibus superstribus non raro res aut esse aut fuisse negat. In fata perditorum librorum cum inquirerem, eadem fere vidi: nam qua non eundum esset, ut Hecalam aut Aetia restituerem, multo saepius perspexi, quam qua e frustulis opus musivum congeri posset. Tot viis vetitis alias constitui, quas Callimachum edituris non plane inutiles fore spero. In Hecala restituenda (quae ad res in frustulis narratas) in uno alterove frustulo, carminis certo loco reddendo, me ipsum inconstanter fuisse sero animadvertisi, cum indices scriberem. Ne irascaris igitur, candide lector, si quaedam inter se discrepantia leges, sed indici tertio credas, ubi talia, re iterum perpensa, corrigenda curavi.

Libri libellique, quibus opus erat, non omnes in nostris bibliothecis inveniuntur, nec semper ii, quos e magnis bibliothecis peregrinis mutuari conabar, huc mitti potuerunt, cum quidam peregre non commodarentur. Quare praeter nostras bibliothecas — Universitatis, urbis Rigae, rei publicae, Mitaviensem sodalium litteras amantium, quae nunc Jelgaviensis appellatur — Berolinenses seminarii philologorum, veteris musei, rei publicae, Parisinam, Regimontanam adii, quarum omnium praefectis et bibliothecariis gratias maximas ago. Multi viri docti libris libellisque me adiuverunt, Ni-

colaus Busch, quem praematura morte ereptum omnes dolemus, F. Dornseiff, S. Hessen, I. Kakridis, E. Lobel, P. Maas, C. Preisendanz, W. Schubart, A. Vogliano, S. Žebelev, Th. Zieliński, qui etiam in libro corrigendo, quamvis minime otiosus, custos incorruptissimus liberalissime opem mihi tulit. Vereor, ne quem amicum hic praetermisericordia. Tum Universitas nostra ex aerario publico me adiuvit, ut bibliothecas peregrinas visere possem, et nunc librum meum sua impensa edidit. Quibus omnibus gratias dico maximas.

Hoc opus aggredi non potuisse, nisi tres viri humanissimi, quorum discipulum me esse semper pio animo fatebor, ante multa lustra puerum et iuvenem docuissent, cum in antiquarum litterarum amorem me inducerent et artis philologorum cum initia, tum vias, arcana, subtilitatem mecum communicarent.

D. mense Novembri A. D. 1937.

I.

1. De huius libri finibus.

Conclave quoddam ingrediens alio deveni.

Quae ante sat multos annos mihi proposui celeberrima illa Callimachi carmina, Hecalam et Aetiorum libros, e frustulis usque ad nostra tempora servatis quoad fieri posset restituere, haec nunc, secus sane quam olim speraveram, publici iuris facio.

Et ipse Otto Schneider¹ et omnes fere, qui post eum de Callimacho redintegrando scripserunt, poetae libros ex ipsa re narrata recuperari posse putaverunt, etiam Ida Kapp et Rudolphus Pfeiffer, quos honoris causa nomino². Unus Fridericus Schmidt aliam melioremque viam ingressus est, cum Tabulas illas Callimacheas restituendas curaret³. Viam ab Ottone Schneider inchoatam omnino reiciendam esse iam ipsius liber me edocuit: perlege, si placet, quae viri docti de eodem versu⁴ quolibet dixerint tam contraria

¹ Callimachea. Edidit Otto Schneider. Vol. II Fragmenta a Bentleio collecta et explicata, ab aliis aucta. Accedunt commentationes et indices tres. Lipsiae 1873.

² Ida Kapp, Callimachi Hecalae fragmenta. diss. Berolini 1915. R. Pfeiffer, Kallimachosstudien. München 1922 (p. 38 sqq.). Hecalam secus restituendam esse papyrus Mediolanensis nos edocuit (infra § 25, 28) nec Argonautarum fata in altero Aetiorum libro narrata erant, ut nova folia in vico Ali Gamman effossa monstraverunt (v. praeterea E. Lobel Hermes 70, 1935, 35).

³ Friedrich Schmidt, Die Pinakes des Kallimachos (klass.-phil. Studien, veröff. v. F. Jacoby, I) Berlin 1922. Mirandum tamen hunc bonum librum Schneideri fragmentorum numeros (100 d1 sqq.) ne in indice quidem praebuisse.

⁴ Cum Schneideri liber omnibus qui Callimachi carmina voluminaque prosa oratione scripta sive lectitant examinantque sive e frustulis redintegrare conantur pro fundamento sit, nos quoque versus ceteraque poetae scriptorum frustula Schneideri librum secuti laudabimus, fragmenti numero nullo nomine addito. Quae postea innotuerunt, ea uti par est Rudolfi Pfeiffer libro usi laudabimus (Callimachi fragmenta nuper reperta, ed. maior, Bonnae 1923). De papiris nuperrime repertis v. § 2.

unam eandemque rem narratam examinantes, quaeque papyri postmodum inventae tam saepe falsa esse monstraverunt⁵.

Non igitur hac via eundum erat, sed alia. Et primum quidem non quod, sed qui narraverit facile interrogabis, ut poetae artis scribendi indole perspecta, quibusnam verbis vocibusque utatur, quomodo ex eis enuntiata versusque componat, qua arte singulas res narratas in unum perpetuum carmen coniungat, — his omnibus examinatis ut ad carmen e frustulis redintegrandum pervenire possis. At etiam hac via raro tantum quid certi in totis libris Callimacheis restituendis assequi possumus: ne temere singulas res narratas certo cuidam carmini perpetuo vindicemus, digressiones monent⁶.

Aliam viam ut ingrederer, felix mihi Olbia exemplum praebuit. Quae enim cum struis quasi coriis compluribus operta esset, ita ut eiusdem aetatis aedificiorum fundamenta rerumque fragmenta (testarum e. g.) eadem terrae crusta contineantur, repertarum rerum aut effossi soli temporum rationes perinde ac e noti libri foliis legi possunt⁷. Ricardus Reitzenstein etymologiarum lexica⁸, Carolus Wendel scholia Theocritea⁹ e multis fontibus contexta esse demonstraverunt. Quae de omnibus lexicis et scholiorum seriebus dicenda sunt. Fragmenta Callimachea in papyris redeuntia cum examinarem, uberrima ditissimaque Schneideri testimoniorum copia

⁵ e. g. fr. 122 ipse Schneider primo Aetiorum libro dedit, Bergk „posuit inter Ἀργοῦς οἰκισμούς“, re vera Sosibii victoriae dandum, Pf. fr. 60, 38 sq. — fr. 156 cuidam epigrammati dant Bentley, Meineke, Schneider, at Aetii libro non indicato Rauch, „nihil decernit Bergk“. — fr. 209 ex Ibide esse Valckenaer putabat, Lincke ex epigrammate in Apollonium, Schneider Aetiorum libri tertii initio dabat, legitur autem in carmine de Maga et Berenice, Pf. fr. 60, 18.

⁶ Der Digressionsstil des Kallimachos (Schriften der Herdergesellschaft und des Herderinstituts zu Riga, Bd. V, Nr. 9.) Riga 1937.

⁷ Duodecim B. Pharamakovski enumerat Soobščenija gos. Akademii ist. mat. kultury I, Leningrad 1926, p. 152, inde a septimi a. Chr. saeculi remotis temporibus usque ad seram Romanorum aetatem.

⁸ R. Reitzenstein, Geschichte der griechischen Etymologika, Leipzig 1897.

⁹ Carl Wendel, Überlieferung und Entstehung der Theokrit-Scholien, Berlin 1921 (Abhandl. d. Ges. d. Wiss. zu Goettingen, phil. Kl. NF XVII, 2). Quae hic uberrime doctissimeque disseruit, ea postea partim mutanda esse ratus est, RE XVI 2, 1935, s. v. Mythographie.

perlustrata non secus in ipsas sedes fragmentorum inquirendum esse perspexi. Schneider enim, Callimachi impigerrimus sectator novos semper versus poetae quaerebat, at qui quis versum laudavisset, non quaerebat; novis verbis Callimacheis inventis sat habebat haec ipsa verba exscripsisse, quae sequebantur non curabat¹⁰. At Olbiae exemplum quicumque felici illi oppido student omnes edocuit non res quaerendas esse, sed rerum sedes, et solum usque fodiendum esse ad ipsum ingenuae terrae limen, ut singularum struum tota materies dispici definirique possit, quod fieri non potest nisi fossis usque ad intactam terram deductis¹¹. Sat erit commemorare Ioannem Zabělin, qui Olbiām totam ligneam fuisse sibi persuaserat nullis fundamentis inventis aliquis reliquiis e lapidibus lateribusque structis, cum non ut oportebat ipsum terrae matris solum quaesivisset¹².

Igitur nobis ita quaerendum esse visum est, ut sedibus fragmentorum q. d. examinatis fatisque versum laudatorum indagatis certos gradus tabulatave in Callimachi verbis a grammaticis exempli causa ascribendis constituamus, tum autem, tota laudatorum frustolorum materie certis fontibus vindicata, ut hosce fontes cum certis Callimachi libris coniungere possimus. Spes talis clavis inveniendae nos fecellit. Nam nihil fere invenimus, quod certa via nos a quolibet frustulo apud certum scriptorem laudato ad certum Callimachi librum deducere posset. Attamen cur certum locum definire non possemus, hoc magna ex parte id est, quod pro certo nobis contigit enucleare. Tamen nonnullorum versuum fatis aliquid lucis nos attullisse speramus. Quo in opere et ducem et exemplum Petrum Boudreaux pro patria sua mortuum in primis laudamus¹³.

¹⁰ Non tacendum tamen iam Schneiderum hic illic fata versuum laudatorum enarravisse.

¹¹ Quam aut continentem aut immutabilem dixeris aut terram matrem (summa soli pars et ab hominibus et a plantis et ab ipso caelo lente sane, mutatur tamen). Vide nunc RE s. v. Olbia.

¹² Sic B. V. f. Pharmakovský, optimus nostri temporis Olbiopolita, cum campum qui olim Olbiae regio septentrionalis fuit circa Iovis tumulum sita primum viseremus (a. 1913) nobis narravit. In actis annalibus Compte-Rendu de la Commission Impériale archéologique pour l'année 1873, St. Pétersbourg 1876, pag. XVIII sqq. nihil invenies. Hac Ioannis Zabělin sententia explicata non miraberis Olbiām per triginta fere annos a viris doctis plane derelictam iacuisse.

¹³ Pierre Boudreaux, Le texte d'Aristophane et ses commentateurs. Paris 1919 (Bibl. des écoles Françaises d'Athènes et Rome fasc. 114).

At praeter spem quaedam necopinati repperimus, cum Ricardum Reitzenstein secuti lexicorum etymologicorum fontes, libros grammaticorum dico et scholiorum volumina perscrutaremur. Nam primos scholiorum libros, quos hypomnemata dicere placuit (§ 4) non solum versuum illustrandorum causa, sed etiam singulorum nominum vocumve etymologiae causa conditos esse perspeximus. Tum, ut etymologiarum auctores internoscere possemus, Theonis et Epaphroditii doctrinam nobis explicare conati sumus. Hic permulta a Carolo Wendel nos didicisse grato animo confitemur. Quae invenimus si vera sunt, non pigebit tantum laboris Callimachi frustulorum fontibus examinandis impertisse. Quae ad Callimachum, etiam hic poetae et artem et librorum fata cum rebus negandis¹⁴ arcte coniuncta esse nos vidisse et sat erit et iuvabit.

Libri nostri materies iam tota collecta et in certarum rationum ordinem redacta erat, cum papyrus illa Mediolanensis innotuit¹⁵. Quae cum verum felicissimumque auxilium in multis carminibus redintegrantis praeberet, opusculo nostro iam iam perfecto curis iteratis inserenda erat. Ne irascaris igitur, candide lector, si papyri Mediolanensis vestigia iam ab ipso initio eius partis quaestioneeris, quae fontes illustrat, offendes, ipsum autem diegetae libellum in extremo tantum volumine examinatum (§ 25).

2. De papyris Callimacheis.

Papyrus illa Oxyrhynchia nr. 1011 (fr. 9 Pf.) cum Aetiorum libri tertii notissima fabula de Acontio et Cydippa nonnullos versus adhuc ignotae sedis certo loco vindicavit, fr. 210 (v. 3); 276 (v. 14) 496 (v. 46) et praeterea fr. anon. 70 (v. 34). Haec res initium totius quaestioneeris nobis fuit. Nam si hic frustum quoddam, sine certo nomine servatum, et poetae et carmini reddi potuit, enucleandum esse rati sumus non solum cur versus Callimachi hic cum poetae et libri nomine, illic cum uno poetae et alibi sine ullo nomine laudarentur, sed etiam qui frustum quoddam incertum certa ratione perspecta denuo certo loco inserere possimus.

¹⁴ Quaestiones Callimacheae tres. Acta Univ. Latviensis XIV, Riga 1926, p. 4 sqq.

¹⁵ Διηγήσεις di poemi di Callimaco in un papiro di Tebtynis. A cura di M. Norsa e G. Vitelli, Firenze 1934 — XII (Papiri della R. Università di Milano).

Quaestione suscepta Hecalam et Aetia a ceteris Callimachi libris seiungi non posse statim fere perspeximus, cum ab eodem fonte (ut brevitatis causa dicam) non unus quilibet, sed etiam alii libri laudarentur, e. g. hymni aut choliambi aut epigrammata. Quod etiam de papyris ipsis dicendum est, quae non solum Callimachi versus totaque carmina nobis servaverunt, sed etiam hypomnemata, aut ipsum poetam illustrantia aut aliorum librorum causa scripta verbaque Callimachi laudantia. Omnia igitur examinavimus, quae in Pfeifferi libello perutili leguntur¹⁶, tum autem omnes ceteras papyros Callimacheas, quae postea nobis innotuerunt. Papyris, quas Pfeiffer edidit, duas addendas esse visum est:

1. P. Oxy. 220 (vol. II, 1899, p. 46) col. X 6 : ep. 37, 1 Wil.
2. P. Oxy. 221 (ib. p. 72) col. XV 32 : ep. 45, 3 W.

Quas infra inter cetera minora testimonia examinabimus (§ 26). Magno volumini Oxyrhynchio 1011 (fr. 9 Pf.) Edgarus Lobel Oxoniensis permultum lucis attulit choliamborum foliis et iambo octavo (pap. Mediol. IX 25. v. infra § 25) denuo lectis descriptisque¹⁷. Papyris a Rudolpho Pfeiffer iterum editis has adiungere nobis contigit:

- a. P. Oxy. 2079 Aetiorum prologus.
- b. P. Mus. Brit. lit. nr. 181¹⁸.
- c. P. Oxy. 2080 Aetiorum 1. II.
- d. P. Oxy. 2085 fr. 1 col. II 29 e libro de fluviosis¹⁹.
- e. PSI IX 1092 Coma Berenices (Aetia 1. IV extremus).
- f. PSI 1094 commentarius in iambos.
- g. Iambus Florentinus Atene e Roma ser. III vol. I, 1933,
3—8²⁰.

¹⁶ v. supra ann. 4. Ipsas papyros inspicere nobis non contigit.

¹⁷ Choliambi novis curis editi Hermes 69, 1934, 167 sqq.; tum in folio aestate a. 1934 privatim Callimachi amicis misso P. Oxy. 1011 fol. V versum (Pf. fr. 9, 96 sq.) cum P. Oxy. 1363 (fr. 10 Pf.) v. 1—21 coniuncti, Mass Gnomon 10, 1934, 439. v. infra § 29.

¹⁸ Milne, Catalogue of the Literary Papyri in the British Museum, London 1927, Nr. 181, p. 148—150. Antea edita P. Oxy. 2079 post ipsum prologum.

¹⁹ Ὁρνέας ὅτι ποταμός ἐστιν Ἀργείας ἐν ταῖς Χιλιάσιν εἰργκεν καὶ ὁ Μάρμαρος ὃ ἐ τῆς Εὐβοίας (?) ἐν τῷ περὶ ποταμῶν Καλλιμαχος εἰργκεν.

²⁰ Quae primum Archilochi esse putabantur, postea optimo iure Callimacho reddiderunt Pfeiffer Philologus 88 (NF 42) 1933, 265—271, Pasquali Stud. Ital. NS 10, 1933, 169—175. Nunc PSI XI 1216.

h. Scholia Florentina Bull. d'Alexandrie 28, 1933, 123—132, PSI XI 1219.

i. Novae papyri Oxyrhynchiae ABC, Annali della Scuola normale superiore di Pisa, 1934, Aetiorum libri²¹ PSI XI 1217(AB) 1218 (C).

l. Call. h. 3, 46—84 cum scholiis, Etudes de papyrologie I, 13 sq.²².

m. Diegeseon liber Mediolanensis (v. ann. 15).

n. P. Oxy. 220 col. VIII 9 carm. 1, 1, Dieg. X 1.

o. P. Oxy. 661 iambus 3, Dieg. VII 32²³.

p. P. Hermup. 65741, hypomnema in Antimachum cum novo Callimachi versu col. II 16 sq.²⁴.

3. De scriptoribus examinatis.

Quicumque Schneideri volumen lectitat, unum eundemque Callimachi versum non raro multifariam apud diversissimos scriptores laudari novit. Haec facile perspici possunt: idem frustulum hic longius, illic brevius occurrit, apud unum scriptorem nomine addito, alibi Callimachi nomine omisso; quid libro poetae inscriptum sit hic illic laudatur, multo saepius siletur. Non raro versus, cui nec libri nec poetae nomen inscriptum est, etiam aliunde innotuit cum certo nomine ideoque Callimacho reddi potuit. Quaenam rationes hic intercederent, hoc nobis enucleandum esse proposuimus.

In componendis frustulorum fontibus id unum certum iam a limine fere vidimus (nec argumentatione opus est) quemlibet versum aut temporum aut scribarum iniquitate in brevius redigi posse, longiorem autem nullo modo posse. Quare breviora eiusdem versus frustula senioribus temporibus ascribenda erant. Longiores versus, id est, eiusdem frustuli verba uberiora quam alibi laudata, non ipsi poetae propiores, sed poetae libro qui olim supererat vi-

²¹ Quarum A eadem manu scripta est atque P. Oxy. 2079, ut Lobel perspexit (*M a a s Gnomon* 10, 1934, 163), i. e. eiusdem voluminis pars est.

²² Huius libelli exemplar W. Schubart v. d. qua semper est comitate nobiscum communicavit.

²³ Callimacho reddidit, poetae versus iterum publici juris fecit R. Pfeiffer, S.-ber. Ak. Münch. phil.-hist. Abt., 1934, 10, 23—30. — In copiae verborum indice Pfeifferi versum numeros secuti sumus.

²⁴ B. Wyss, *Antimachi Colophonii reliquiae*, Berolini 1935, fr. 179.

demus: nam et apud Athenaeum et in decimi p. Chr. saeculi lexicalis maiora leguntur, si quidem paucos versus „maiora fragmenta“ dicere possumus quam singula nomina, et in scholiis et apud grammaticos et in iisdem lexicis laudata. Longiores brevioresque versus pro portione tantum temporis rationes indicare, non vera tempora testari possunt. Nec nomen poetae librige omissum aut additum multum prodest, cum persaepe idem scriptor haec aut laudet aut sileat, nec scribam in nominibus tacendis insontem esse videamus.

Inter fontes, qui versus a papyris nobis redonatos laudant (qui fontes totum fere indicem a Schneidero confectum replent) cum tales habemus qui raro occurrunt nec multa testantur tum alios qui uberes ditesque dici possunt. Hi imprimis examinandi erant. Cum autem non solum in fata librorum versuumque laudatorum inquirendum esse videremus sed etiam quoad fieri potuerit versus Callimacheos a Schneidero, nimis operi Aetiorum restituendorum (eum in modum, ut ipse sane ratus est) dedito, in veram formam olim a poeta datam vindicando esse vellemus, eos praesertim libros veterum scriptorum examinando constituimus, qui post Schneiderum novis curis editi sunt. Cum praeterea non plenum indicem omnium fatorum quae omnia Callimachi librorum frustula per omnia antiqua tempora perpessi sint confidere vellemus, sed rationes tantum scriptorum temporumque illustrare, selectos scriptorum libros perscrutandos sat esse rati sumus.

Qui scriptores hi sunt: a) Hephaestio et Athenaeus, quos ipsius Callimachi libris usos esse nemo fere dubitat. Hephaestioni, uti par est, et cetera scripta de re metrica et scholia adiunximus, quae in eodem libro leguntur²⁵. b) Grammaticorum Graecorum tota series, uno tamen Herodiani prosodiae catholicae volumine excepto²⁶.

²⁵ *Hephaestionis enchyridion*. Cum commentariis veteribus ed. M. Consbruch. Accedunt variae metricorum Graecorum reliquiae. Lipsiae 1906. — *Athenaei Dipnosopistae*. Ed. G. Kaibel I. II 1887. III 1890. Lipsiae.

²⁶ Grammatici Graeci. (Herodianus antea editus postmodo pars I numerabatur).

— (partis secundae) vol. I fasc. I Apollonii Dyscoli scripta minora ed. Rich. Schneider. Lipsiae 1878.

— fasc. II R. Schneideri commentarius criticus et exegeticus in Apollonii scripta minora, 1903.

— vol. II Apollonii de constructione libri quattuor, recensuit, apparatu critico et explanationibus instruxit Gust. Uhlig. 1910.

Haec enim ita edita est, ut verus Herodianus nullis certis signis notisve ab eis libris discerni possit, e quibus A. Lenz prosodiam suam, quae ei Herodianea videbatur contexuit²⁷. Haec grammaticorum volumina omnia perscrutati sumus, ut unum fontium genus totum nobis praesto esset. Herodiani prosodiam catholicam omisimus ideo quoque, quod nec ipsa ad nos pervenit, sed nostris fere temporibus restituta est, nec post Schneideri volumen sed antea prodiit.

Non minoris momenti, alias tamen generis scholiorum volumina sunt. Inter quae felici quodam casu tria numerare possumus arctissime cum Theone coniuncta, qui etiam hypomnemata in Callimachi carmina scripsit (§ 5). Quae ad Didymum redeunt, eis ex parte tantum uti potuimus, nam uberrima scholia Aristophanea, quadam partiuncula excepta²⁸, iteratis curis nondum edita sunt. Quibus usi sumus hi scholiorum libri sunt literarum ordine laudati: scholia in Apollonium Rhodium, Aratum, Euripidem, Lycophronem, Pindarum, Sophoclem, Theocritum²⁹. Lexica haec tractavimus: Suidam,

— vol. III praefatio, librorum deperditorum fragmenta. R. Schneider. 1910. Pars III *Scholia in Dionysii Thracis artem grammaticam* ed. Alfredus Hilgard. 1902.

(sine partis aut voluminis numero) *Dionysii Thracis ars grammatica* ed. Gustavus Uhlig. 1884.

pars IV *Theodosii Alexandrini canones, Georgii Choerobosci scholia, Sophronii patriarchae Alexandrini excerpta* ed. Alfredus Hilgard.

vol. prius: *Theodosii canones et Choerobosci scholia in canones nominales*. 1884.

vol. posterius: *Choerobosci scholia in canones verbales et Sophronii excerpta e Characis commentario*. 1884.

²⁷ Hoc nostrum iudicium primo obtutu severius videri possit; at cf. H. Schultz RE XVI, 1912, 962 sq.

²⁸ *Scholia in Aristophanis Plutum et Nubes vetera*, ed. W. J. W. Koster. Lugduni Batavorum 1927. (ea nempe, quae leguntur in codice ms. Coislinoiano 192 saec. XV, P. Geissler *Gnomon* 5, 1929, 100 sq.).

²⁹ *Scholia in Apollonium Rhodium vetera* ed. C. Wendel, 1935. — *Commentariorum in Aratum reliquiae* ed. E. Maas, 1898. — *Scholia in Euripidem* ed. Ed. Schwartz, I 1887, II 1891. — *Lycophronis Alexandra rec.* Ed. Scheer, vol. II *scholia continens*, 1908. — *Scholia vetera in Pindari carmina* ed. A. B. Drachmann, I 1903, II 1910, III 1927. — *Scholia in Sophoclis tragoealias vetera* ed. P. Papageorgius, 1888. — *Scholia in Theocritum vetera* rec. C. Wendel, 1914.

Photii initium, Etymologici quod genuinum dicitur ea praecipue, quae R. Reitzenstein publici iuris fecit (nam Milleri libro iam Schneider utebatur), Gudiani q. v. eas partes quas de Stefani edidit. Hos igitur libros totos quam diligenter potuimus libello nostro pro fundamento ponendos curavimus. Multi sane sunt alii libri, quos non dicam negleximus, sed non e re esse rati sumus adhibere. Nam Aetia et Hecala in initio laboris nostri nobis propositi erant, non omnia Callimachi volumina restituenda. Quae invenimus, propitia Musa maiora evenerunt et talia quae fortasse futuris Callimachi editoribus usui esse possint.

II.

4. Quid sit hypomnema.

Callimachi librorum frustula magna ex parte ad scholiorum volumina redeunt, id est ad antiqua hypomnemata. Hoc enim nomen melius aptum esse videtur, antiquos testes si sequimur. Considera si placet haec testimonia e multis similibus enotata:

- a) Choerob. in Heph. p. 180, 20 Consb. ἐκ τῆς κοινῆς μαρτυρίης τῶν ὑπομνήματα ποιησάντων εἰς αὐτό.
- schol. Pind. Ol. VI 154a Dr. περὶ δὲ τῆς σκυτάλης καὶ ἐν τοῖς Ἀρχιλόχου ὑπομνήμασιν εἴρηται.
- Etym. gen. gl. 94 Reitz. p. 28, 23 οὕτως ἐν ὑπομνήματι.
- b) schol. Theocr. X 18e Ἀρίσταρχος ἐν ὑπομνήσει: Λυκούργου Αἰσχύλου.
- c) schol. Soph. Ant. 45 Pap. Διδύμος δέ φησιν ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἔξιτον στίχον νενοθεῦσθαι.
- d) schol. Soph. OC 388 οἱ ὑπομνηματισάμενοι γράφουσιν οὕτω.
- schol. Pind. Nem. III 10 p. 42, 3 Dr. ὁ δὲ Διδύμος διηπατήσθαι φησι τοὺς ὑπομνηματισαμένους τῇ ὄμωνυμῇ τῶν ποταμῶν.
- Steph. Byz. s. v. Κάναστρον. — — Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικά.
- schol. Eurip. Med. 208 οἱ γοῦν προϋπομνηματισάμενοι.

Haec antiqua hypomnemata talia erant, ut singulos tantum versus versuumque partes laudarent et explicarent, ita nempe, ut laudatum versum illustrantia verba sequerentur, tum insequens versus laudaretur et explanaretur, et ita totum carmen, in parvas partes dilaceratum potius quam dispergitum, a viro docto illustra-

retur. Huius generis hypomnematis volumen nostro tempore Otto Schroeder edidit¹, e remotissimis saeculis non pauca voluminum papyraceorum fragmina ad nos pervenerunt. Haec tria e multis laudabimus:

P. Oxy. II (1899) 221, in Iliadis 1. XXI.

— VI (1908) 853, in Thucydidis 1. II.

Didymi hypomnematum reliquiae in Demosthenem, BKT I (1904), tum iterum editae².

Non solum Alexandrinorum temporibus haec hypomnemata edebant rescribabantque, sed etiam senioribus saeculis, ut libri manu scripti testantur qui e medio aevo ad nos pervenerunt, e. g. hi:

in Euripidem cod. Vaticanus 1135 membr. saec. XIV, quem Eduardus Schwartz (I praef. p. IX) sic describit „continet scholia in Hecubam uno tenore perscripta, deinde Hecubam ipsam, tum scholia in Orestem et ea uno tenore scripta“, *cod. Neapolitanus* II F 41, fol. 184r. — 205 r. „una scholia in Hippolytum“ (II praef. p. II).

in Lycophronem codex B, *Coislinianus* 345 membr. saec. X a pagina 225 usque ad paginam 253. Scheer vol. I p. VIII: „inter lexica autem receptum est, quod non continuo scriptum est, sed singuli versus in duas fere tresve particulas discripsi, singulis particulis particulae paraphrasis P subiectae sunt:

1. Λέξω τὰ πάντα: φράσω τὰ πάντα. νητρεκῶς: ἀληθῶς· καὶ γὰρ ἐπιταπεικῶς νοοῦμεν τὸ η. ὡς τὸ νηχύτως eqs.“

in Apollonium Rhodium ii libri, quos Carolus Wendel recensionem Parisinam appellavit (praef. p. XIV), ex parte „integrum scholiorum corpus sine textu poetae“ tradunt, id est mera antiqua hypomnemata.

in Iuvenalem cod. Sangallensis nr. 870 saec. IX, quem Paulus Wessner (praef. p. XI) „pag. 40—326 integrum in Iuvenalem commentarium continua scholiorum serie nullis intervallis scriptum“ praebere dicit.

Fuerunt igitur olim et volumina, quae sola poetarum carmina ceterorumque libros prosa oratione scriptos continebant et alia,

¹ Pindars Pythien erkl. von O. Schroeder. Leipzig — Berlin 1922.

² Didymi de Demosthene commenta cum anonymi in Aristocrateam lexico post editionem Berolinensem recognoverunt H. Diels et W. Schubart Bibl. Teubn. Lipsiae 1904.

quae mera hypomnemata complectebantur. Quae hypomnemata imprimis Alfredus Gudeman illustravit, RE II A1 (1921) 627, 40 sq.; 664, 45 sq. Quae autem 628, 18 s. leguntur, non rei indolem spectant. Non enim quaeritur qui liber magnus qui exiguus sit, sed qui totum carmen e. g. in singulos versus dispergitum illustret, qui unam solam rem, non totum carmen explicet. Idem Didymus in eodem hypomnemate Demosthenis orationem illustrante non raro uni cuivis enuntiato complura folia impertit. Est enim hypomnema liber continuus multis rebus explicandis scriptus, syngamma contra id quod hodie monographiam appellamus³.

Multi docti grammatici olim talia hypomnemata scribebant, nec multum abest, quin claros illos viros Alexandrinos, Pergamenos, ceteros discipulis suis haec in collegio proposuisse dicam⁴. Et cuilibet hypomnemati olim nomen certi viri docti inscribebatur; recordare, si placet, quót nomina cum hypomnematum memoria coniuncta sint. Nam ipso initio („ursprünglich“ Knoche, infra adn.⁵) clari grammatici claros scriptores illustrabant; hypomnematum libri et poetae et docti grammatici nominibus clari notique erant. Si nunc scholiorum moles sine nomine legitur, seri scribae ludique magistri non insontes sunt, qui clara illa nomina sustulerunt, grammaticos illos eiusdem obscuri generis esse rati fortasse cuius ipsi erant⁶. At olim hypomnemata sine grammatici nomine rara fuisse schol. Eur. Med. 9 ultiro testatur: ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνεπιγράφου ὑπομνήματος τοῦ εἰς Πίνδαρον ἔγραψα (Ol. 13, 74).

Nec secus Romani nobis testes sunt totam illam grammaticorum doctrinam a Graecis mutuati, nam eorum hypomnemata multa ad nos pervenerunt; reminiscere si placet Porphyronis, Servii, Asconii Pediani. Quod hos libros nunc scholia appellamus, ipsam rem minime mutat, nam Graecos olim haec volumina hypomnemata nominavisse satis superque vidimus.

Quod ad scholii nomen, ipsi Graeci singulas glossas unum quolibet verbum locutionemve illustrantes ita nominaverunt, e. g. schol.

³ Carolus Wendel RE XVI 2 (1935) 1355, 10 sq. secus de hypomnemate iudicavit.

⁴ e. g. Scheer, Lycophr. II p. XXV. Vide infra cap. IV.

⁵ Quae Udalricus Knoche de hypomnemate sine auctoris nomine superstite dixit, Gnomon 10, 1934, 58, Graecos potius spectat quam Romanos, ac ne id quidem tam expressis verbis. Ceterum quamvis brevis hic commentarius inter gravissimos numerandus est qui scholiorum fata illustrant.

Apoll. Rhod. 3, 232a (cum app.) οὗτως σχέλιον εὔρον εἰς τὰ Ἀργοναυτικά⁶. Haec ipsa scholia serius ex hypomnemate poetae libri margini adscripta videmus, non raro cum toto „lemmate“ (ut nomine Graeco nobis omnibus notissimo utar).

Haec hypomnemata eis temporibus edebantur, cum Graecis sermo librorum, quos legebant, plane notus erat excepto ut par est uno Homericus. Non igitur interpretari debebat hypomnematis auctor librum Sophoclis aut Heroditi, sed explanare, quid iudicaret bene quidve minus bene scriptum esse (nunc litterarum criticam aestheticam dicimus), tum res (non verba quaeso, sed res) illustrare fortasse non omnibus notas (Aristophanis Atheniensis recordabimur cum Ranis, Nebulis, Aeolosicone).

Si inde ab renascentium litterarum temporibus usque ad nostra multi sane scholiis non ita usi sunt atque olim legenda conscribabantur, sed ut ibi ea invenirent quae nomina verbave obscuriora aut difficiliora intellectu illustrarent interpretarenturque, id ideo factum est quod antiquorum Graecorum sermo vivus iam aboleverat. Quae partim etiam de senioribus p. Chr. saeculis dici possunt, quamquam apud doctiores homines, magnarum saltem urbium ludorum gymnasiorumque alumnos, quinti quarti tertii a. Chr. saeculi sermo clarorum scriptorum semper vigebat (horum hominum numerus sensim deficiebat).

Hypomnematum auctoriibus praeter ea, quae supra brevi adumbravimus, etiam aliud cordi erat, et non raro hoc idem aliud pluris aestimabatur. Etymologias dico. Eas ipsas, quas iam apud Aeschylum Euripidemque legimus⁷. Has etymologias non raro totius hypomnematis causam fundamentumque esse suspicari possumus⁸. Nam si seniorum temporum homines non hoc intuebantur, sed res tantum eas, quae etymologias illustrabant, nobis sat est haec notare, non nostrum erit haec fusius explicare. Quae etymologiae tamen serius causa materiesque notissimorum lexicorum fuerunt. Per-

⁶ Ideo eis quae Gudeman RE I. I. 629, 45 sq. disseruit assentiri non possum.

⁷ e. g. A. Gräfenhan, Geschichte der class. Philol. im Altertum I (1843) 154—160; 513 sq. (de III a. Chr. saeculi poetis; quae autem proponunt rationes causaeque, eas non veras esse perspeximus Wiener Studien LIV 143 sqq.).

⁸ Ut paulo serius, Hadriani temporibus, Soranus περὶ ἐπιμελογιῶν τοῦ σόφιατος τοῦ ἀνθρώπου scripsit, Kind RE III A 1 (1927) 1117 nr. 4. Quem librum eiusdem generis fuisse putamus atque lexeis illae quas multi docti grammatici vergente Ptolemaeorum aetate condiderunt.

pende si placet haec pauca exempla, quae fortuito e ditissima copia (nam omnibus praesto est) excerpsumus.

P. Oxy. VIII (1911) 1086 p. 81, 8 sq. (hypomnema in Iliadem)

Μαγνήτων δῆρχε Πρόθοος Τευθρήδονος υἱός· ἡ Μαγνησία χώρα ὀνόμασται ἀπὸ Μάγνητος τοῦ Αἰόλου⁹.

schol. Soph. OC 14 πάτερ ταλαιπωρεύοντος οὐκ ἐμπαροινεῖν βουλομένη τῷ πατρὶ ταλαιπωρον ἀποκαλεῖ, ἀλλὰ τοῦ πάθους παριστᾶσα τὸ μέγεθος· πωρεῖν δὲ οἱ Ἡλεῖοι τὸ πενθεῖν φασι· καὶ Ἀντίμαχος πωρητὸν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔκαστος παρὰ τοῦτο οὐν ταλαιπωρος ἐτυμολογεῖται¹⁰.

schol. Pind. Ol. 1, 18b Dr. ἀλλως· θεμιστείον τὸ δίκαιον, παρὰ τὸ θέμις¹¹.

schol. Eurip. Med. 297 gl. interl. ad ἀλφάνουσιν· εὑρίσκουσιν, ἀπὸ τοῦ ἀλφα στοιχείου.

schol. Theocr. XIII 10—13g. τινές φασιν αἰθαλόεν εἶπεῖν τὸ πέτευρον διὰ τὸ αἴτιον εἶναι αἰθάλης. η̄ ἀπὸ τοῦ αἰθεσθαι λαν σοτῶς αὐτὸ ἔφη.

schol. Apoll. Rh. 1, 45 47f W ὅπυιεν· τὸ ἐγεγαμήκει· ητοι ἀπὸ τῶν ὄπων ἐσχηματισμένης τῆς λέξεως, ὃ ἐστι ὁφθαλμῶν η̄ ἀπὸ τοῦ ἐπτῶ καὶ ἐπιτηρῶ η̄ ἀπὸ τῆς ὀπός, τῆς φωνῆς, διὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν πρός τὰς γυναικας ὁμιλίας, ἀφ' οὗ καὶ ὄφοι (I 317) αἱ γυναικες.

E. gen. gl. 95 Reitz. p. 29, 3 (ἄμοτον) — — ἐγὼ δὲ εὔρον ἐν ὑπομνήματι Ἰλιάδος (Δ 400) δτι ἄμοτον λέγεται τὸ ἀπλήρωτον· ίσως ἀπὸ τοῦ μετρῶ ἄμοτρον καὶ ἄμοτον.

Non solum etymologias (eas quas antiqui ita nominabant) videmus cum tota pathologia¹², sed eandem vocem non raro multis

⁹ Pars etymologiae suppleta est; recte autem suppletam esse et tota papyrus testatur et infra praeterea videbimus, Theonis et Epaphroditii etymologias examinantes. Nota in hoc quoque hypomnemate Aristarchi criticam illustrante et artem Homeri imprimis explanante non raro meras etymologias legi.

¹⁰ Hoc scholium misere laceratum, nam partis ταλαιπωρεύοντος etymologia periit, sola ultima pars restitit. Ceterum v. § 19.

¹¹ Vol. III. p. 357 sq. omnes etymologiae enumerantur; fere septuaginta supersunt.

¹² Ultimus antiquorum doctrinae assecla Christianus Augustus Lobeck fuisse putatur, Pathologiae sermonis Graeci prolegomena Lipsiae 1843, Pathologiae linguae Graecae elementa Lipsiae 1853. 1862. Sed hanc ipsam pathologiae doctrinam antiquorum testimonii fultam per totum lexicum dispersum videmus, quod multorum in manibus est, Pape Handwörterbuch der griechischen Sprache — nil interest, primum aut tertium editum, nam etiam Sengenbusch in tertia editione nihil sustulit.

etymologiis illustratam, unde patet e. g. Apollonii Rhodii editorem librum suum multis scholiis e multis hypomnematis excerptis instruxisse — id est, olim haec ipsa hypomnemata ita condita esse, ut auctor cum auctore certaret, qui meliores subtilioresve etymologias invenire posset¹³.

Eundem etymologiarum inveniendarum ardorem, quem hypomnemata nobis monstrant, etiam alibi — melius dixerim ubique videmus. De lexeon libris infra disserendum, hic sat erit unum exemplum attulisse: Steph. Byz. p. 248, 21—249, 3 Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν ἀ περὶ θεῶν τὸν Δωδωναῖον σῦτως ἐτυμολογεῖ: „καθάπερ οἱ τὸν Δία Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες ὅτι διδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά, Πελασγικὸν δὲ ὅτι τῆς γῆς πέλας ἔστιν —.

5. De Theone.

Theonis Artemidori filii libros, qui imperatoris Augusti temporibus floruisse videtur¹⁴ cum Carolus Giese fragmentis collectis olim describere conatus est¹⁵, tum Carolus Wendel nuper felicissime nobis illustravit¹⁶. Theonem et diligentem et doctum fuisse et non solum hypomnemata lexeonque libros scripsisse, sed etiam poetarum scripta edenda curavisse nunc pro certo constat. In commentariis Theonem multa protulisse, quae ad verba usque illus-

¹³ Has ipsas etymologias apud Romanos quoque viguisse non est cur moneam; exempli causa hunc flosculum laudabo: schol. Stat. Theb. 4, 304. Amazonis ululatum Caucason armis: Caucasus mons Scythiae. — ideo ululatum, quod Amazones cum finitimiis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus, id est barbarus ritus.

¹⁴ Wendel RE V A 2 (1934) Theon nr. 9 col. 2054, 30 sq.

¹⁵ De Theone grammatico eiusque reliquiis. diss. Monasterii 1867. Frustula sedulo sane collecta ne numeris quidem signata sunt. Viginti sex contulisse videatur, quorum quinque hypomnemati in Odysseam vindicavit (ultimo Wendel I. l. 2055 Iliadi tribuit), in Pindarum unum, in Theocritum tria (tertium Wendel I. l. hypomnemati Callimacheo dat, recte meo quidem iudicio), in Nicandri Theriaca duo, in Apollonium Rhodium duo, quorum unum Wendel Iliadi vindicat, in Callimachi Aetia duo (adde unum!), in Lycophronem octo, lexeon libro duo, ignoto libro unum. Ceterum iam H. L. Ahrens quae tum de Theone dici potuerunt fontibus nisus ut par est exposuerat. Buc. Graec. II (1859) p. XXVII sq.

¹⁶ Überlieferung und Entstehung der Theokritscholien, Berlin 1921 passim. — Die Überlieferung der Scholien zu Apollonios von Rhodos, Berlin 1932 (praesertim p. 108 s.). — Quos hic doctissimi laboris fructus proposuit, partim mutavit meliusque dixit RE XVI 2 (1935). 1362 § 8. — Vide praeterea commentarium optimae frugis plenum in ann. 14 laudatum.

tranda pertineant nemo negabit. Id unum tamen pace Caroli Wendel eximie de Theone meriti contendere velim — Theonem maximam adeo partem eorum, quae in eius librorum frustulis leguntur, non rei explanandae sed etymologiarum causa scripsisse¹⁷. Quod nunc in medium proferre non possem nisi Carolus Wedel sagax acutus felix tot scholia Theoni reddidisset.

Ut antea alii, e. g. Apollodorus, etymologias nominum illustrandorum causa proponebat¹⁸, sic etiam Theonem aut suas propondere aut priorum etymologias corrigere videmus.

a. *In frustulis quae Giese collegit.*

Giese p. 38, EM πύελος παρὰ τὸ [τὸ] πεπυθός (τουτέστι τὸ σεσηπός) ἔλειν. οὕτω δὲ ἔλεγον πλυνούς, ὡς Θέων ἐν ὑπομνήματι Ὁδυσσείας (21, 553).

p. 44, 23, E. gen. ἀρμοῖ schol. Theocr. 4, 50/51d W app. —]· τὸ ἀρτίως ἢ τὸ ἀρμοδίως οἰον· ἀρμοῖ ποῦ κάκεινῳ ἐπέτρεχε λεπτός ίουλος. Καλλίμαχος ἀρμοῖ γὰρ Δανάου γῆς ἀπὸ βουγενέος. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἀρῷ τὸ ἀρμοδίων ἤρμαι ἀρμοῖ. οὕτω Θέων ὁ τοῦ Ἀρτεμιδώρου. προστίθησι δέ, ὅτι τὸ ἀρμοῖ φιλούμενον μὲν σημαίνει τὸ ἀρτίως, διασυνόμενον δὲ τὸ ἀρμοδίως. Μεθόδιος.

G. 49, 9 E. gen. Βουκεραῖς — — ἦν ἀπὸ τοῦ κέρατος τῆς βοὸς Βουκεραῖδα καλεῖσθαι.

G. 49, 22 EM ἄστυρον. — εἴρηται παρὰ τὸ ἄστυ ὑποκοριστικῶς ἄστυρον. οὕτω Θέων¹⁹.

G. 50, 29 (alterum fr.) Εἴλενία. — — παρὰ τὸ εἴλω οὖν Εἴλενία.

Aliam quandam seriem hanc videmus:

G. 47, 34 Steph Byz. Ἄλος. — Θέων δὲ φησι ὅτι Ἄλος θεράπαινα ἦν — ἡς εἰς τιμὴν τὴν πόλιν ὠνόμασε (Ino).

G. 50, 29 (fr. primum) EM Βατεία (schol. Lycophr. 1306) — ἀπὸ τῆς Βατείας τῆς Δαρδάνου γυναικός.

Hic etymologiarum causa oppidorum locorumque nomina cum fabularum personis coniungi videmus. Quae olim proferenbantur

¹⁷ „die wenigen etymologischen Glossen“ p. 81; „dass die Scholiasten gerade in der Wörterklärung auch selbständig vorgegangen sind, wo ihre Hilfsmittel nicht ausreichten“ (Überl. d. Theokr.-Sch. p. 155).

¹⁸ Überl. d. Theokr.-Schol. 95. 141 alibi. cf. e. g. etiam schol. Lycophr. 1029 (II p. 318, 12) Σικανός ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος (scholium etymologum mutilum) cum Scheeri annotatione.

¹⁹ Originem eandem atque etymologiae esse videmus: εἴρηται παρὰ τὸ —.



etymologiae, earum pars sane scribarum segnitate potius quam temporum iniquitate aut perierunt, aut perire coeperunt:

G. 49, 5 EM ἀκμῆνος — — Ἀρίσταρχος τὸν ἀκμῆνον λέγει προπαροξυτόνως παρὰ τὴν ἀκμήν (Aristarchi etymologia tota legitur) Θέων δὲ ὁξύνεσθαι ἀξιοῖ ὡς ἀγαθός (ultimo nomen accentus exemplum praebet; etymologia, quam desideramus, periit).

G. 46, 23 schol. Nicand. Ther. 237 — — Θέων δὲ ἐν ὑπομνήματι χλοάζουσα, οἰδοῦσα (causae aut rationes non afferuntur, meri etymologiae termini ad nos pervenerunt).

G. 50, 30. Steph. Byz. Ἀμαντες· οἱ περὶ Ἐλαφήνορα (l. Ἐλεφ —) μετὰ Τροίας ἀλωσιν διέβησαν εἰς τὴν Ἰπειρον καὶ ὥκησαν παρὰ τὰ Κεραύνια ὅρη. ἔκτισαν δὲ Εὔβοιαν. ὅθεν Ἀβαντες ἐκλήθησαν (periit etymologiae ratio „pathologia“: διέβησαν ἔνθεν διαβάντες καὶ ἀποκοπῇ τοῦ δι. Ἀβαντες).

Talia inter Theonis librorum frustula iam per tot decennia nota facile dispiciuntur. Eadem etiam in Theonianis nuper a Carolo Wendel nobis redditis videmus²⁰.

b. In scholiis Theocriteis. Non omnia quae vir doctissimus protulit hic iterum examinabimus. Sat erit nonnulla quaedam exempla proponere e diversis capitibus forte Fortuna excerpta. Scholia in capitibus de historia vera (p. 102—108) et de proverbii (142—147) et de grammatica et critica (156—158) illustrata præteribimus, eis quae in paenultima parte de nominibus explicatis (148—156) examinantur, supersedere posse rati suimus etymologiarum rationibus iam alibi perspectis. Cum etymologiarum rationes, non rerum narratarum fontes quaereremus, scholia in duas series dividenda esse vidimus perinde ac in primis frustulis Theonianis supra propositis. E rebus mythologiam spectantibus (p. 90—102) Pan, Pan actius, Melampus proponuntur, e rebus geographis (108—130) Croton, Neaethus fl., Sybaris, ex historia naturali chelidonium herba, filix, noctua, carduelis.

sch. Theocr. I, 3/4a, VII 109/110b (Wendel p. 90) mythos etymologiae causa citari videmus²¹.

²⁰ Pro certo nobis quoque constat scholia, quae iisdem fere verbis et in Theocriteis et sive in Nicandreis sive ad Apollonium Rhodium sive ad Lycophronem leguntur (nec raro ter et plures) Theonis esse.

²¹ In res narratas fabulasque citatas nisi tam diligenter sollerterque inquisitum esset, „cardinem etymologum“ non tam facile recuperavissemus.

sch. Theocr. V 14 16b (Wendel p. 91) Πᾶνα τὸν ἄκτιον — — ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἰδρυμένον.

sch. Theocr. III 43/45g (Wendel p. 98) Melampodis nominis causam pedes sole adustos esse legimus.

sch. Theocr. XIII 41a (Wendel p. 131) χελιδόνιον — — καλεῖται δὲ χ., ὅτι ἀμφὶ τῇ παρουσίᾳ τῆς χελιδόνος ἀνθεῖ.

sch. Theocr. III 14bc (Wendel p. 131) πτερίς εἰδος βοτάνης ὁμοίας πτερῷ.

sch. Theocr. VII 68a κνύξα (Wendel p. 132) τὴν κόνυξαν κνύξαν εἶπεν hic quoque mutila sed etymologia latet.

sch. Theocr. I, 136 (Wendel p. 136) σκῶπες — — Καλλίμαχος δέ φησιν ὅτι φθέγγεται ὥσπερ ἐπισκώπιαν τῇ φωνῇ, ὅθεν καὶ οὕτω καλεῖται. Τυραννίων δὲ σκῶπας τοὺς νυκτικόρωνάς φησι, εἰον σκιοπας, τοὺς ἐν σκιᾷ ἔχοντας τὴν ὅπα. Hic Theonem ambos viros doctos (nam

Callimachus noster hic non poeta, sed grammaticus) ideo solum laudare videmus, ut eorum etymologias proferat. Ipsius etymologia ad nos non pervenit.

sch. Theocr. VII 141b (Wendel p. 137) Aristoteles et Alexander laudantur, ut Theo suam carduelis etymologiam addere possit²².

Nunc alterius seriei exempla (cognomina prisca locorum, ut notissimo versu utar) proponere placet.

sch. Theocr. IV 24 (Wendel p. 109) Neaetho flumini nomen ex eo quod olim factum esset inditum est: 24a Νήαιθος ποταμός — — ἐν αὐτῷ νῆας λέγουσι κατακαήναι Ἑλληνικάς. 24b — — ἔνομα τόπου — — ἀπὸ τοῦ ναῦς καὶ τοῦ αἴθω — — πολλαὶ νῆες τῶν Ἑλλήνων ἐφθάρησαν.

sch. Theocr. IV 32a (Wendel p. 108—109) Urbis Crotonis nomen a regis nomine derivatum.

sch. Theocr. V 1a (Wendel p. 110) Sybaris oppidi nomen aut a fluvii nomine, aut a quodam conditore oriundum esse dicitur. 1b Sybaritae nomen ex oppidi nomine pendere dicitur²³. Eadem in scholiis Apollonium Rhodium illustrantibus videmus.

²² Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἀλέξανδρός φασι διατρίβειν ἐπ' ἀκάνθων.

²³ Nondum demonstratum est hoc scholium Theonis esse; certe tamen etymologia patet. Ceterum Wendel v. d. non raro talia nomina a clero quodam viro semideove oriunda esse notavit, e. g. p. 127 de fonte, cui Byblis nomen dedit sch. Theocr. VII 115/18bc.

Sat erit quaedam exempla intueri, quae Wendel in libro suo p. 108 sq. Theonis esse omnibus probavit. Iam ipsum primum exemplum, sch. Ap. Rh. 1, 972a, quod Theonis artem criticam ut illustraret laudatum est, etymologiam esse supra vidimus ad G. 44, 23. Ubi Theo rara nomina quaedam interpretatur²⁴, etymologias proferri non mirabimur:

sch. 4, 1342 βουπελάται — — παρὰ τὸ πέλας τῶν βοῶν εἶναι.

sch. 1, 581 ἐρίπνας — — παρὰ τὸ ἄγαν πνέεσθαι.

sch. 1, 1195/6 ῥόπαλον — — ἐτυμολογεῖται — — παρὰ τὴν ρόπην καὶ τὸ ἀλοιᾶν.

Historia naturalis. De tabano et asilo Theo plures locutus est:

sch. Theocr. VI 28a (*οἰστρος*, μύωψ) — — οἰστρᾶν ποιοῦσιν, eadem sch. Ap. Rh. 1, 1265/72a — — εἰς μανίν ἄγει, ἀφ' οὗ καὶ οἰστρος λέγεται. Quae laudato Sostrato afferuntur, Theonem non solum etymologias sed etiam nomina synonyma curavisse monstrant. Etymologiam in sch. 2, 353/6 periisse suspicor; pauca servata esse putaveris inter ea, quae ibi de aconito dicuntur²⁵.

Locorum cognomina. Sch. Ap. Rh. 1, 308b Clarus oppidum — — ὑπὸ Κλάρου τινὸς ἥρωος, ὡς Θεέπομπος. Νεάνθης δέ φησι ἔτι καὶ κλήρον — — καὶ ἀπὸ τοῦ κλήρου οὕτως αὐτὴν ὀνομάσθαι — — ή διὰ τὸ αὐτόθι κληρώσασθαι — — ή — Κλάρος ἀπὸ δακρύων (cf. sch. Nicand. Ther. 958 — κλαῖσαι — i. e. litteris „pathologiae“ causa mutatis); eadem sch. Nicand. Alex. 11.

Inter *claros viros* (mythorum heroes), quorum quinque nomina notavi, duo sola cum etymologiis coniunguntur, Melampus et Priolas; in scholiis ad ceteros pertinentibus, Endymionem 4, 57/58, Amorem 3, 26b, Hylam 1, 1207b, nihil etymologiarum simile perspicere potui. Melampus ad eas etymologias pertinet, quas in ipso huius paragraphi initio tractavimus, ad G. 38 sqq, vide supra sch. Theocr. III 43/45g, Priolas sch. 2, 780/3a ad alteram seriem: Πριόλας — — ἀφ' οὗ καὶ ή πόλις.

R. Reitzenstein cum in Etymologici Magni fontes inquireret, multos ex etymologiarum aut forma aut indole agnosci posse plu-

²⁴ „Sprachliche Deutung seltener Worte“. Ceterum confer si placet Wiener Studien LIV p. 146 sq.

²⁵ sch. Nicand. Alex. 13. — — (v. 28) τὸ ἀκόνιτον εἴδος βοτάνης ἔστιν ὅπερ καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος πορθαλιαγχές egs.

tavit²⁶. Non tamen ita sententias suas de singulis etymologiarum auctoribus expressit, ut etiam alii has etymologias dignoscere possent. Curandum igitur erat, ut eos etymologiarum auctores, qui nobis cordi sunt, Theon imprimis et Epaphroditus, tum etiam Salustius ille tam ignotus, ita explicatos proponamus, ut etymologiarum constituendarum via, quam ingressi sint, appareret.

Theonem saepe nomen ex ipsius rei indole recta via explicare videmus, ut duae primae etymologiarum series nobis monstraverunt. Altera via locorum nomina cum conditoribus coniungit, ut supra in altera scholiorum serie vidimus. Eadem via et priores et seriores auctores progredi videmus. Igitur „locorum nominum causae“ nobis fere inutiles sunt, nam in auctoribus secernendis nihil nobis prosunt. Ipse Theon aut primus aut unus e primis fuit, qui hanc viam ingressus sit, nam priorem quandam etymologiam e rerum indole derivatam loci nominis causa inventa corrigit e. g. sch. Ap. Rh. 1, 601/604a²⁷. Una restat etymologia, e rerum indole recta via progrediens; hanc Theo non primus invenit, primus autem est eorum, qui in Callimachum hypomnemata scripserunt; sive prioris grammatici vestigia premit, sive ipse talem etymologiam proponit, unus est, cuius nomen cum tali etymologia in Callimacho illustrando coniungitur. Nam Epaphroditum aliam rationum viam ingressum esse videbimus; de Archibio Apollonii filio adhuc nihil certi novimus.

Theonis vestigia apud seriorum temporum grammaticos ut agnoscere possemus, eius etymologias tam diligenter examinare conati sumus; unum quod Theonianum esse fateri possumus etymologiae sunt, recta via „e rerum indole“ derivatae. Ceterum hic illuc etiam Theonem in collegio loquentem deprehendimus, e. g. schol. Lycophr. 842, II p. 272, 7b Sch. sq. — — ἐπειδηδόμην ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ εἰπεῖν (vide p. 270, 5). Quos versus Theon ex ipso

²⁶ Geschichte der griechischen Etymologika, e. g. p. 326 „auch die in Glosse Εἰνατιά benutzte Quelle des Oros ist sofort kenntlich, sobald wir die unten ausgeschriebene Glosse Βουκεράς vergleichen“ (sequitur haec glossa).

²⁷ Et. gen. Διπολις, sch. Ap. Rh. 1, 601/604a app.: (Μυρίνα) — — ἐπικέκληται οὐ παρὰ τὸ μύρεσθαι καὶ βεῖν, ὡς τινὲς φασιν, ἀλλὰ ἀπὸ Μυρίνης τῆς θάντος γυναικός. Quae in sch. l. l. leguntur ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μυρίγης τῆς θάντος γυναικός egs. ipsius Theonis sunt. E. gen. monstrat Theonem suam etymologiam, quae mytho nititur, in prioris loco posuisse, quae ei nimis simplex visa est.

poetae libro sumptos laudat (aut descriptos aut memoriter citatos), eorum locum definire non possumus.

Non est cur demonstremus Theonem ipsius Callimachi libros et optime novisse et quae laudaverit aut memoria fisum hypomnematibus suis inseruisse aut ex ipsius poetae libris exscripsisse. Callimachea a Theone nobis tradita tum demum Aetii adscribere possumus, cum constat nos lemma hypomnematis in Aetia e. g. scripti legere, quae autem Theo cuiuslibet loci illustrandi causa adscripserit, ea certo libro dare nequaquam possumus, nonnullis sane exceptis, quae sponte certo Callimachi libro adscribuntur.

6. De Epaphrodito.

Epaphroditum AD 22 natum, 97 mortuum esse nunc constat. Vixit igitur post Theonem et eius hypomnemata cum nosse tum aemulari potuit. Eius librorum frustula Ernestus Luenzner diligenter collegit²⁸, quibus Leopoldus Cohn nonnulla addidit²⁹. Etiam quae Luenzner p. 15 protulit, Epaphrodi esse possunt (infra § 30 de Salustio). Omnibus frustulis examinatis quaedam nunc certius definiri posse videmus³⁰.

fr. 7 Luenzner p. 18 recte non ex hypomnemate in Theocritum, sed e lexeo libro oriundum esse dixit. Non tamen, quod Epaphrodi etymologia laudatur, nam ubique doctos grammaticos etymologias proferre videmus, sed quia Photius aut eius iussu scriba e pluribus libris, non ex uno, has etymologias exscripsit. Haec videmus:

²⁸ Epaphrodi grammatici quae supersunt. diss. Bonnae 1866.

²⁹ RE V 2 (1905) 2713, 35 sq. Viros doctos quaedam fugerunt, e. g. Schneider ad Call. fr. 361 enotavit sch. Thuc. VI 4 (Hude 330, 5 sq.) ubi Tzetzes Epaphrodi etymologiam narrat Gelae fluminis nomen spectantem

οῦτως Ἐπαφρόδιτος ὡς λέγεις γράψει
Γέλσας δ' ἐκλήθη τῷ πάχνην πολλὴν φέρειν
κλῆσιν ἐκεῖ γάρ η πάχνη ταῦτην φέρει.

etiam quae ibi sequuntur etymologiae ab Epaphrodi laudatae esse possunt. Narraverit igitur totum grammatici locum. Quem ex hypomnemate in Aetiorum I. II oriundum esse suspicamur, P. Oxy. 2080, 48.

³⁰ Epaphroditum et περὶ στοιχείων in libro quodam egisse et praeterea lexeo librum condidisse, qui non solum sermonem comicum, sed etiam alias res illustrabat Cohn 1. 1. demonstravit.

Ασπάλαθος είδος ἀκάνθης. Νίκανδρος (... Θεόκριτος) ἐν γὰρ
ὅρει ὁμοιοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομέονται. παρὰ τὸ σπῶ
σπάλαθος καὶ ἀσπάλαθος. οὕτως Ἀμάρανθος εἰς τὸν Θεόκριτον. Ἐπα-
φρόδιτος δὲ παρὰ τὸ σπαλιεύει ἐτυμολογεῖ, ὃ ἐστι ξύει³¹.

Seri temporis lemmati cum glossa (tria verba sunt) exempla sermonis poetarum adduntur. Primum e Nicandro, cuius verba laudata perierunt (nec Theriaca nec Alexipharmacum laudata esse Schneideri index monstrat), tum e Theocrito (poetae nomen una cum Nicandri versu periit, fortasse ideo quod scribae dominus plura expunxerat quam oportebat). Theocriti verba non e mero carminum volumine, sed ex Amaranti hypomnemate exscripta esse sequens scholium monstrat. Tertius Epaphroditus laudatur ex alio quodam volumine. Nam Epaphroditus librum non hypomnema in Theocritum fuisse hoc ipsum Amaranti nomen, volumini Theocriteo inscriptum, monstrat a scriba sedulo laudatum.

fr. 32 et 33 perperam seiuncta puto, nam unum sunt.

fr. 38 (Steph. Byz. 552, 15) non Iliadem spectat, nam XV 110—112 Samaria non commemoratur, cuius nomen Epaphroditus quodam modo illustravit. Si quis hoc fr. hypomnemati Callimacheo adscripserit, non habebo quid obloquar, nam poetam in Aetiorum libris totum fere mundum lustravisse papyrus Mediolanensis testatur.

fr. 53 nunc multo plenius E. Gud. 189, 13 sq. de Stef. legitur. Cum Callimachi versus (fr. 130) in ipso initio laudetur, ita tamen, ut versus exemplo vocem ἄρδις illustret, Epaphroditus nomen post tres etymologias in extremo scholio, lexeon glossam citatam esse putemus necesse est (cf. § 23, 24). Quam ob rem nihil certi de versus loco dicere possumus.

fr. 55 (Steph. Byz. 247, 11) paulo plura habet quam Luenzner exscripsit, nam Epaphroditus et Thrasybulum laudat et Acestodorum³².

fr. 58 (Et. M. 158, 4) duos diversos Callimachi locos continet: versum fr. 152 cum Epaphroditus etymologia et postea insertum versum fr. 153. Nullum versum certo libro reddere possumus, v. supra ad fr. 53 Lue. Id unum pro certo dicere possumus hos duos

³¹ cf. schol. Theocr. IV 57a app. ubi Wendel in „locis similibus“ recte Amaranti scholium exscripsit, Epaphroditus verba omisit.

³² Nova pars, Herodianum laudans, inde a verbis εἰκός δὲ incipit, non prius.

versus e diversis Callimachi carminum locis exscriptos esse nec ulla ratione inter se coniunctos esse. De Byzantinorum lexicis v. cap. VI.

fr. 60 hypomnemati Homericō reddi posse putamus. Cum enim Epaphroditus de quodam exemplari vetustiore loqueretur³³, „veterem“ quendam poetam, non Callimachum respiciebat.

Epaphroditum melius Theone nonnulla dicere cum potuisse tum nisum esse par est, quippe qui tot annis post clarum illum grammaticum ipse optime doctus eruditusque vixerit. Sat erit brevi monuisse Epaphroditum poetas bene nec sine fructu interpretatum esse, e. g. fr. 43. 41. 43. 47 L. et etymologiarum rationes duas easdem protulisse, quas iam apud Theonem vidimus, cum aut nominum notiones recta via e rerum indole ortas esse diceret, e. g. fr. 6. 12. 21 L.³⁴, aut locorum nomina cum clarorum hominum nominibus coniungeret, fr. 16 L. et alibi saepe.

Hoc in libro fata viasque, non res narratas locosque doctissime laudatos consideramus. Quae notavimus, ipsa via non differunt a Theonianis. At Epaphroditī arte diligentius examinata una saltem via Epaphroditum sponte grammaticum natu maiorem superare sibi visum esse videmus: in etymologiis *obliqua via* rei notionem cum nomine coniungentibus. Haec nos apud unum Epaphroditum nec alibi invenisse fatemur³⁵. Quae ad aoristum³⁶ — haec magni sane momenti esse putamus, cum alii futurum tempus extollant ut e. g. Philoxenus, non tamen ad ipsas etymologias pertinere, sed mere grammatica esse³⁷.

³³ ἐν τοις τῶν ἀρχαίων ἀντιγράφων.

³⁴ Hoc. fr. (St. Byz. 314, 15) re vera non Thisbae nomen, sed adiectivum πολυτρήρων illustrat.

³⁵ Cohn 1. 1. 2712, 58 solum de pathologia loquitur; quae 2714, 3 leguntur „die meisten Fragmente enthalten nur Etymologien, die zum Teil sehr töricht sind“ ideo non vera sunt, quod Epaphroditī temporum etymologiarum rationes examinandae erant, non remotorum illorum ars grammatica cum nostra severi sed iniusti iudicii causa conferenda.

³⁶ fr. 17 L (schol. II. B 8) imperativum θε... Ἐπαφρόδιτος δὲ ἀσπιστον (φησίν εἶναι).

³⁷ Speramus tamen alium quendam, cui res mere grammatica cordi erit, olim has rationes, quae inter tempora adhibita et Philoxenos Didymosque intercedant propita Minerva enucleare.

fr. 20 L. Steph. Byz. Εὔτρησις — — ἐκλύθη δὲ Εὔτρησις διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον τρήσασθαι ρυμαῖς, ὡς Ἐπαφρόδιτος. Quae olim fuerunt, non quae sunt proferuntur. Talem viam obliquam dixerim.

fr. 23 L. Suidas νώροφ ν 561 Adler — — Ἐ. δὲ εἰδὸς Νώραχον πόλιν Παννονίας, ἣς ὁ πολίτης Νωράκιος, γίνεσθαι ἴστορει ἐν Παννονίᾳ σίδηρον δῆς ἀκονηθεῖς λαμπρότατές ἔστιν. ὅθεν καὶ νώροπά φησιν εἰρῆσθαι χαλκόν, ὡς εἴ τις εἶποι Νωράκιον. Hic quoque via obliqua, a remotissimo Noracii oppidi aere splendido, Epaphroditus ad adiectivi „levis“ etymologiam pergit.

fr. 35 L. schol. Hom. II. XI 832. δίκαιότατος κενταύρων φιλοξενώτατος. δίκαια γάρ τὰ ξένια. οὕτως Ἐ. Non ex indole rerum, sed doctissima quidem at obliqua via δίκαιος — τὰ δίκαια = τὰ ξένια — φιλόξενος Epaphroditus „iustissimi“ nomen interpretatur, — ut suum, ut novum post tot doctos Homeri interpretes dicat. Nunc etiam in fr. 50 L. Steph. Byz. 490, 3³⁸ obliquae rationis frustum misere decurtatum deprehendimus³⁹.

Non in omnibus scholiis glossisve, quae cum Epaphroditu nomine ad nos pervenerunt, haec obliqua ratio etymologiarum agnoscitur. Tamen huius etymologiae ope, quae uni Epaphroditu tribuenda est, quaedam scholiorum frustula, quae adhuc incerta nec ullius grammatici esse putabantur, nunc Epaphroditu reddere poterimus. Quod etiam Callimachi libris restituendis usui fore speramus.

fr. 56 Luenzner recte hypomnemati Aetia illustranti tribuit, cum videret Stephanum Byzantium hoc unum hypomnema nec alia laudare (p. 17). Aegostis oppidum a solo Epaphroditu laudari videtur (non totum oppidum, sed partem quandam oppidi ita nominatam esse dicit). Totum Stephani enuntiatum ita scriptum est, ut Epaphroditu scholium oppidi nominis illustrandi causa laudari appareat: Αἴγωστις πόλις Λοκρίδος ἢ τάπος ἢ χωρίον ἐντὸς τῆς πόλεως, ὡς Ἐ.

Inde sequitur Aegostidis nomen lemma aut lemmatis partem

³⁸ Luenzner p. 44 — — „fieri quodammoto poterat, ut — — huius quoque (urbis) tamquam in transcursu mentionem faceret Epaphroditus“.

³⁹ fr. 5 L non Aristoph. Nub. 170 sq. spectat, sed mythum, qualis e. g. apud Nicandrum fr. 56 (Antonin, Liber. 24) legitur. Nec lexis comica (si E. comicas lexeis scripsisset) nec omnino lexis est, quia certa lexeon libri frustula plane aliam enuntiati formam habent.

fuisse; igitur fragmentis Callimacheis novum frustum addendum est,

fr. novum 1 (Αἰγαστις)

Nomen uncis inclusimus, quia ipsius Callimachi versum aut nomen saltem ita ut in carmine scriptum erat restituere non possumus. Epaphroditus hoc nomen illustrandi causa in scholio iterum scribere potuit nominativi forma usurpata, cum Callimachus aliud scripsisset (lege si placet cap. VI).

Et Theonem et Epaphroditum ambos non ubique, attamen persaepe etymologiarum causa hypomnemata sua scripsisse et ambos praeterea ipsas res illustrare et locorum nomina mythorum ope explicare videmus. Scholia Florentina meros mythos illustrant nulla etymologia nullaque nominis locorum causa addita. Quare scholia Florentina nequaquam cum Epaphroditii nomine coniungi posse rati sumus⁴⁰.

Perpaucis locis exceptis, ubi et poeta et liber laudantur, versus citatos certo libro certoque libri loco reddere non possumus (v. § 5 extr.).

III.

7. De Hephaestione eiusque scholiis.

Hephaestionem exempla sua ex libris ipsis poetarum, quos laudabat, exscripsisse patet. Non igitur quaerendum ut e. g. in lexicis Byzantinis, quisnam ei locos laudandos praebuerit. Magna eius volumina seriore tempore in adeo parvum librum redacta esse¹ quicumque veterum arti grammaticae studet ut gravem cladem dolet. Cum enim hic illic et versus et poeta laudentur, alibi versus

⁴⁰ Goffredus Coppola, Rendiconti della R. Accad. di Bolgna, cl. di scienze morale, ser. III vol. VII (1933) p. 30—55 haec SF Epaphroditii esse putat. At obliqua etymologiarum ratio quam Ep. — i propriam esse videmus, nusquam in SF occurrit. Ceterum (C. p. 33) lemmata in eodem hypomnemate et longa et brevia esse quaevis hypomnematum papyrus monstrat et omnes scholiorum libri. SF omnino non esse hypomnema infra § 25 monstrabimus.

¹ Choerob. schol. Heph. 181, 11 sq. Consb.; ib. 246, 15 (de undecim libris qui olim fuerunt), Hense RE VIII 1 (1912) 297. Ceterum id „enchoridium“ quod ad nos pervenit et e tribus libris contractum esse traditur potius ab alio quodam grammatico, non ab ipso Hephaestione tam breve redditum esse putamus. Nam poetarum nomina nimis fortuito, sine ulla ratione aut omissuntur aut scribuntur.

sine poetae nomine, diiudicare non possumus utrum ipse laudatorum librorum nomina omiserit an scriba ignotus; liber, quem nunc legimus, raro quidem, saepius tamen quam quisque optaverit, versus sine poetae nomine tradidit, — orbos dixerim, qui unde exscripti sint non semper enucleari potest. Scholia Hephaestionea iam huic capiti adiungenda esse melius visum est, nam scholiasta omnia sua ex Hephaestione mutuatus est.

Callimachum saepe in Hephaestioneis laudari videmus. Et hic et apud ceteros, qui eum citant, carminum frustula librorumve prosa oratione scriptorum non eundem in modum exscripta leguntur, partim enim poetae nomen additur, partim omittitur. Quid libro inscriptum sit persaepe siletur, rarius enotatur. Haec res et viam et finem toti nostro libro constituit, — ut enucleare niteremur, qua via quibusque rationibus orba illa et ignota (ne dicam adespota) frustula Callimacho reddi possent. Unum auxilium nobis fuit, idem quo omnes ante nos usi sunt: aliorum libri, qui eundem versum aut libri aut poetae nomine addito laudant. Praeterea multa frustula nuperrime papyrorum ope certis libris tributa sunt. Quae apud Hephaestionem et apud ceteros laudata leguntur, has in partes discribi possunt. Laudati leguntur:

- A frustum, liber, poetae nomen
- B frustum et poetae nomen
- C frustum solum.

Frustula B *orba* dicere placuit, quae addito signo (o) notavimus; frustula C *ignota* diximus, signo (i) notavimus. Frustula ordinis A raro leguntur, multo saepius B (o), inter ea, quae C (i) signanda sunt Callimachea esse possunt aut non possunt, poetae Cyrenensi ea tantum reddenda, quae certissima via ad eius librum reduci possunt. Felix quidem sed caeca fortuna non pauca frustula B certo libro, nonnulla ignota aut ordini B aut etiam certissimis fragmentis A reddidit. Permulta papyri effecerunt, diversi scriptores eundem versum aut ignotum C aut orbum B aut (quam raro!) notum A nobis praestiterunt. Totam illam seriem

- | | |
|---|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| A | 1) poetae nomen, liber, versus (unum plurave verba)
2) poetae nomen (liber aliunde notus), versus (—,,—)
1a) et 2a) quae poeta dixerit, scriptor soluta oratione narrat
3) (et poeta et liber aliunde noti), versus (—,,—) |
|---|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- B { 4) poetae nomen, versus (—,—)
 4a) ut supra 1a) et 2a)
 5) (poetae nomen aliunde notum) versus (—,—)
- 6) aut A aut B, ipsius poetae verba perierunt nec narrantur
- C 7) versus versusve pars ignoti scriptoris laudatur

quam apud quemvis scriptorem, quos vulgo fontes dicimus, aut totam aut magna ex parte constituere possumus, sat erit hic semel exscripsisse. Ut melius dispici possit quosnam libros Callimachi aut hic aut ille veterum noverit, versus ab eo laudatos ita in ordinem redegitimus, ut omnia frustula quae nunc certo cuidam libro tribuantur, huic libro adscriberentur. Versus verbaque orba (i. e. apud *hunc* scriptorem libro non inscripto) et ignota (i. e. apud *hunc* scriptorem sine poetae nomine citata) notis (o) et (i) distinximus, fontibus ubique notatis, qui frustum certo loco reddiderunt. Apud Hephaestionem igitur haec videmus.

A. *Versus e certis Callimachi libris.*

Nomina, quae libris inscribuntur, ita in ordinem redegitimus, ut Graecum sermonem sequeremur. Ea frustula, quae unus Hephaestio nobis servavit, stellula *notavimus. Hac stellula fontem unum solumque esse testante porro per totum nostrum librum usi sumus, perinde ac notis (o) et (i).

1. *Aetia.* Prologus (P. Oxy. 2079)

- v. 2. fr. 488 (i) Heph. XV 14 p. 52, 5 et (i) XV 15 p. 52, 17 (i)
 schol. p. 284, 18 et (i) 316, 10².
 v. 6. fr. 489 *(i) XV 15 p. 52, 12³.
 v. 20. fr. 490 (i) XV 15 p. 52, 14⁴.
 liber I. v. 2. fr. 491 *(i) XV 15 p. 52, 19⁵.
 —, incerti loci fr. 192 *(o) XV 15 p. 52, 23.

² C — i nomen: Choerob. in Theod. 200, 18 Hilg. Prologo reddidit pap.

³ Iam Schneider recte hunc versum C — o reddidit. Libri locum e papyro novimus.

⁴ Solum βροντὴν δ' οὐκ ἐμόν αλλὰ Διός Plutarchus laudavit (1) de adul. et amic. 54d (cf. Digressionsstil p. 21), etiam hic memoriter, non e libro cuiuspiam grammatici.

⁵ C — o reddidit pap.

Haec omnia ex eodem libro exscripta esse Hephaestionis verba ultro testantur. Quare fr. 192 eidem loco, id est Aetiorum libri primi initio, reddendum esse pro certo habeo⁶⁾. Fr. 192 cum digressionis versus sit, id quod poeta in vicinis versibus narraverit, tam facile definiri nequit. Primus sane versus fuit sine diaeresi, qui omnino in Aetiorum volumine legebatur.

Maximi autem momenti id esse notaveris velim Hephaestionem Callimachum eum poetam esse putare qui potissimum ad deligenda exempla versuum adhibebatur. Notissimus igitur tunc temporis fuit et inter ceteros clarissimus. Volumen Callimacheum, quo doctus grammaticus utebatur, tale fuisse videtur, ut Aetiorum libri ceteros, e. g. hymnorum librum, praecedenter prologusque cum Aetiis arctissime coniunctus esset. Primi grammatici, qui aut Aetiorum librum primum aut prologum laudabant, iam complurium saeculorum spatio ab ipsius poetae temporibus distant; proinde nullo modo fata testari possunt, quae fortasse Callimachi libri poeta vivo perpessi sint.

Aetia lib. III, locus incertus

fr. 27 (o) I 8 p. 6, 8⁷⁾.

⁶⁾ Hunc versum Herzog multis assentientibus carmini Sosibii victoriam celebranti ascripsit (Herter RE Suppl. V 407). Non negabo ea, quae fr. 192 narrat, fortasse cum Dioſcuriade Sosibii parente cohaerere posse. At nobis imprimis hoc enotandum est Hephaestionem fr. 192 una cum eis versibus laudavisse, qui in Aetiorum voluminis ipso initio legebantur, nec ullam causam videmus cur dubitemus de fr. 192 origine. Nam „Callimachi versus“ (Heph. p. 52, 22) notum versum et imprimis notum librum respicit, ut nos quoque, multa de certo libro locuti, interdum poetam nominamus, cum omnibus notum sit, de quo libro loquamur. Si Hephaestio hoc fr. 192 aliunde sumpsisset, non dubitandum quin libri nomen addidisset, id est — nequaquam οἷον τὸ Καλλιμάχου dicere potuisset; his enim verbis ita expressis libri nomen addi non potest. — Quae ad rem in versu fr. 192 narratam, haec videmus. Non integrum enuntiatum laudatur, sed versus integer, numerorum causa, qui Hephaestioni cordi sunt. Res narratas Hephaestio minime curat. Ideo frustuli 192 indeoles tam difficilis est restitu. Verba „nunc autem“ digressionem „degliscentem“ inchoare videntur, fortasse iam alterius gradus, fortasse magnae digressionis partem, quae tamen cautissimus propono (cf. Digressionsstil p. 20. 24). Ceterum non rem narratam nobis nunc quaerendam esse et supra et in libello nostro (Digressionsstil) apertissime monstravimus.

⁷⁾ Tertio libro dat Priscianus Inst. gr. 1 § 11 (pag. 10, 17 Hertz). Vox ηχη quae initio l. l. legitur, ηχη καὶ παρὰ K—ω ad Epicharmi versum pertinere videtur, post ηχη interpungendum. Eadem Epicharmo (nulla lacuna notata) hoc nomen Choeroboscus dat, p. 201, 9.

2. *Epigrammata.*

ep. 39, 2, 1—2 W. XV 14 p. 55, 15⁸.

ep. 41, 1—2 W. p. 226, 13 a Choerobosco aut ex ipso Callimachi libro exscriptum, παρὰ Κ·φ ἐν Ἐπιγράμμασιν, aut e priorum temporum grammatico, qui Callimachi librum ante oculos habebat aut hos versus memoriter laudabat. Ipsum enim Choeroboscum ambos versus ita scripsisse, ut leguntur, veri simile est, non seriorum temporum scribam alterius versus partem extremam addidisse, quae in Anthologia Palatina melior legitur (ἐκ μερόπων Choer., πλὴν ἀφανές AP). Choeroboscum aut memoria lapsum extremum versum secus scripsisse, aut in libro, quo utebatur, ita legisse putaverim. Hoc si verum est, duo libri epigrammatum exemplaria olim exstiterunt, ut etiam aliorum carminum libri, ab ipso poeta retractati.

fr. 115 (o) VI 2 p. 19, 3⁹, cui adnumerare possumus schol. Heph. A, p. 123, 20, ubi versus „Callimacheus“ describitur; (i) schol. B p. 270, 11 scholiasta ludens duos primos tantum versus laudat, p. 270, 30 (quinque prima verba); (i) p. 271, 12 (totum versum). Qui omnes peiora et pauciora praebent, quam AP XIII 9, ubi et duos versus legimus et primi versus participium melius scriptum¹⁰.

fr. 118 (o) metr. isag. § 1 p. 58, 20 duo primi versus¹¹ et (i) de poem. 1, 3 p. 64, 5—9 quattuor primi versus, non totum carmen. Nam hic Hephaestio primum (longum) „versum“ laudavit nec plura. Quartus versus scribendus ut in libris, non cum Scaligero mutandus¹² nec post eum interpungendum. Mutilum habemus epigramma.

⁸ Liber e parvo carminis ambitu restituitur nusquam laudatus. Apud Hephaestionem ναόν legimus, non νηόν.

⁹ Libro dat AP XIII 9 dum dicit τὸ ἐπιγράμμα.

¹⁰ AP διατυήξας, Heph. et schol. ubique διανήξας. Scholiis nullas partes in C — o restituendo tribuere possumus, nam omnia ex Hephaestione descripserunt ipso C—i volumine nusquam inspecto.

¹¹ τοῦτο τὸ ποιημάτιον hos versus epigrammatum libro vindicare permittit, cf. ep. 37 similibus brevibus versibus scriptum.

¹² ἔχειν ἵσον ὁλέθρῳ. Primas duas syllabas omnes anaclaseos (Maas Griech. Metrik § 4) formas praebere videmus: v. 1 et 3 „spondeum“, v. 2 „trochaeum“, v. 4 „iambum“. Cum hoc in versu Pherecrateo (isagog. I. I.) legitimum sit (Maas § 58) non est cur Scaligerum sequamur. Etiam primum versum non mutandum esse putamus; scribimus igitur ἡ πατές ἡ κατάκλειστος. Versus 2—4 digressionis sunt; enuntiati cetera pars quae prima verba „puella illa“ continuabat, tota perit.

fr. 191 *(o) XV 8 p. 50, 9. Hunc quoque primum carminis versum libro epigrammatum numerorum causa dandum esse putamus. Praeterea Diegeseon liber omnia maioris ambitus carmina, et novem iambos VII 19—IX 38, et carmina melica quattuor X 1—17 enarravisse videtur. — Tum autem Callimachum novorum poetarum clarissimum habitum esse Hephaestionis verba testantur τοῦτο παρὰ τοῖς γεωτέροις πολὺ τὸ μέτρον ἔστιν, ὥσπερ καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ. Cum adeo impudicum sit, non mirum in anthologiam carmen non receptum esse.

3. *Iambi*. Iambus III, Dieg. 7, 32. fr. 117 *(o) VI 3 p. 19, 12. Quae Wilamowitz olim proposuit de Mercurio Perpheraeo Aeniorum deo (Herm. 40, 138) ea nunc in papyro Mediolanensi VII 33 leguntur. Integri carminis magna pars (i) P. Oxy. 661, Powell Collectanea Alexandrina p. 194 nr. 31 iam a Friderico Blass Callimacho data, nuper iteratis curis edita est, Pfeiffer Sber. Münch. 1934, Heft 10, 23 sq.

4. *Carmina*. Carm. II. Dieg. X 6 fr. 116 (o) XV 17 p. 53, 10. Quos Hephaestio duos longos versus scribebat, papyri Mediolanensis diegeta quattuor brevia membra esse voluit.

Carm. III. Dieg. X 10 fr. 146 (o) VIII 9 p. 28, 15 sq. Omnes tres versus nunc in papyro leguntur Pf. fr. 1, a — v. 1, b — v. 5, c — v. 43. Eadem etiam schol. habet, (o) p. 276, 18 sq., ubi ea quae Hephaestio Callimachi versibus adnotavit, omissa esse videmus, cum tres versus se excipient nullo enuntiato intercalato.

Carm. IV Dieg. X 14 fr. 36, vulgo Branchus, ut apud Hephaestionem legimus, IX 4 p. 30, 19. Branchi nomen non ab ipso poeta, sed potius a doctis grammaticis ceterisve Callimachi carminum amicis inscriptum esse videtur.

5. *Choliambi*. I v. 1, Dieg. 6, 3 fr. 92 (i) V 4 p. 17, 10, (i) schol. p. 269, 8. Versus nunc papyri ope (Oxy. 1011) Callimacho redditus est.

v. 3. 4. fr. 90 (o) schol. 116, 16. Hoc testimonium quamquam apud ipsum Hephaestionem non legitur, hic inserendum visum est, nam ea reddit, quae in Hephaestionis libro legebantur¹³.

¹³ Quod Schneider proposuit σημεῖα post καινὸν inserendum esse, male quadrat nostro quidem iudicio, nam καινὸν hic „novam rem“ significat.

B. Incerti libri frustulum.

fr. 98c *(o) schol. p. 230, 20¹⁴. Versum in fr. 10, 13 Pf. (Oxy. 1363) legi non posse Lobel monstravit papyro denuo examinata¹⁵. Indices desunt, qui librum reperiri sinant. Fortasse in iambo nono, Dieg. IX 32 sq. legebatur. Hic et choliambos videmus 83c — Dieg. IX 32 et poetam de tragoeidiis loqui nunc accipimus. Ut saepe alias, etiam hic poeta de recta via delabens multa obiter proferre potuit. Quod ad Choerobosci scholium, cum non numeros hic, sed rem narratam respiciat, hanc ipsam rem quam brevissime narrari, non ipsius poetae verbis exprimi notaverim.

C. Versus incerti quos Callimacho reddi oportere putamus.

Quos adhuc enumeravimus, omnes fere versus Callimachei cum poetae nomine laudati erant. Perpauci sunt, quos inter incertos haberemus nisi aliunde nobis testimonia praesto essent. At Hephaestionis ratione scribendi examinata pauca quidem, sed nostrae quaestioni non inutilia enucleare poterimus. Haec esse videntur. Hephaestio claros notosque poetas laudat, eos nempe, qui tum noti habebantur. Inter quos primum locum Homerus obtinet, tum clarorum temporum quae nunc „classica“ nominamus poetae et ei, quos melicos appellamus Sappho Alcaeus alii, quibus omnibus „novorum temporum“ poetae, οἱ νεώτεροι, opponuntur, inter quos Callimacho primae tribuuntur (respice si placet indicem, quem Consbruch confecit). Igitur si versum novorum poetarum laudatum legimus ipsius poetae nomine non addito, facile hunc versus Callimachi esse putabimus.

Fr. novum 2 *(i) XII 3 p. 39, 1 ὡς καὶ τὰ πολυθρόλητα ταῦτα παραδείγματα δηλοῖ fr. lyr. adesp. 121 Γάλλαι μητρὸς ὀρείης φιλόθυροι δρομάδες αἵς ἔντεκα παταγεῖται καὶ χαλκέα κρόταλα.

Hos versus iam Wilamowitz Callimacheos esse putavit, collatis Choerobosci scholiis in Heph. p. 246, 4 sq. (Call. fr. 568; quod tamen

¹⁴ Versus solum hic legitur. Omnes ceteri fontes duo verba laudant nec plura, et haec quoque non ita ut poetae verba fideliter citent, sed rem tantum narrantes. Quotquot sunt, omnes ad scholia Hephaestiona redeunt p. 122, 24.

¹⁵ An Improvement in Callimachus Choliambi. (folium privatum impressum et mense Iulio a. 1934 Callimachi amicis comiter missum) Ibi v. 17 haec habet Υδοι μουσαὶ [Eadem in papyro legi dixerunt Grenfell et Hunt, qui tamen fr. 98c rettulerunt, quos Pfeiffer secutus est.

testimoniis, non fragmentis adnumerandum erat) ubi versus numerique describuntur, tum legimus φ καὶ K. νεχρηται¹⁶.

Hephaestionis liber decurtatus ad nos pervenit. Hoc etiam in cap. XI 4 p. 36, 12 videmus, ubi multi versuum Sotadeorum numeri varii describuntur ne uno quidem versu adscripto, ultimo tantum exemplo excepto, qui versus sex brevium syllabarum causa non facilis lectu fuisse videtur (aut sero scribae talis videbatur). Post ipsius Sotadis versum, quem primum laudatum esse par est, etiam Callimachi versus aut versus laudatos esse facile putaveris, praesertim cum Callimachus tam clarus haberetur. Notum est praeterea, nec Hephaestio celat, Callimachum permultos varios numerorum modos adamavisse, exempli causa fr. 192 aut 146a. b. c., quare

fr. novum 3 (i) XI 4 extr. p. 36, 12 "Ηργγ ποτέ φασιν Δία τὸν τερπικέρωνον iam antea repertis addendum putamus.

Inter omnes constat Callimachum non raro nomina inverso ordine collocavisse¹⁷ et insuper saepe negationibus usum esse¹⁸. Quae omnia in versu ab Hephaestione laudato I 8 p. 2, 8 videmus, quem versum etiam digressionem esse dixeris¹⁹. Est nobis

fr. novum 4 Τίρυνς οὐδέ τι τελχος ἐπήρκεσε

Cum hunc versum primum fuisse veri simile sit, qui in libro ignoto exemplum „syllabae positione longae“ praebebat, eidem libro primo Aetiorum eum reddendum esse putamus. Tirynthis nomen hunc versum libello de Hercule et Theodamante tribuendum esse suadet.

b. Versus in pap. Oxy. 220 laudati.

Hunc commentarium Consbruch Hephaestionis libro subiunxit, quare hic eum quoque examinare placuit. Haec Callimachea ibi agnoscuntur:

1. Epigr. 37, 1 Wil²⁰ bis in columna X legitur (v. 1 et 6), p. 406,

¹⁶ Hermes 14, 194 sq., Hellenistische Dichtung II 294 sq. De Catullo et Callimacho nihil dicam, mihi sat est quod Wilamowitz hos versus Callimacheos esse putat, sed cf. nunc Herter Bursians Jahresbericht 255 (1937 I) p. 171. Versus reddit P. Oxy. 220, infra b de col. VI extr.

¹⁷ e. g. Digressionsstil p. 24 cum ann. 37.

¹⁸ Acta Universitatis Latviensis XIV 1926 (Riga) p. 4 sq., Herter I. I. 216.

¹⁹ Enuntiatum „degliscens negatum“, Digressionsstil p. 12 ad h. 1, 12 sq.

²⁰ Sine poetae nomine, quod e libris qui ad nos pervenerunt facile restituitur.

2 et 6, integrum (ab editoribus recte restitutum putamus) et postea leviter sponte mutatum.

2. *Carmina*, I 1 Dieg. X 1 *(i) col. VIII 10 p. 405, 6 nunc demum a papyro Mediolanensi et Callimacho et certo libro redditum. Hunc versum duo alii sequuntur aliunde non noti. Si Hephaestionis meministi et fr. 146 a. b. c. laudandi rationis, eandem agnoscetiam etiam in papyro. Quare nos duos versus Callimachi

fr. novum 5 εὐξάμην τάδε τοῖς θεοῖς ἀπασι et fr. novum 6 πτερὰ δ' ἀγγὰ παρ' Ἐρωτος Ἀφροδίτα esse rati sumus. Primus carminis versus fuit, quem Dieg. X 1 legimus; eum nescio quot versibus omissis fr. novum 5 sequebatur, tum post ignotae magnitudinis spatum fr. novum 6 agmen claudebat. De rebus in hoc carmine narratis cum Schneideri tot falsa responsa, tum Callimachi ars scribendi tam subtilis monent ne nimia coniciamus.

(i) col. VII versus infimus, p. 404, 22 idem est atque ipsius Hephaestionis exemplum (i) XI 4 p. 36, 12, nobis fr. novum 3.

Propter nomen „versus Cyrenaicus“²¹ etiam frustulum *(i) col. XI 15 p. 406, 23 Callimachi esse putamus, nobis

fr. novum 7 παρθένον κόρην.

8. De Athenaeo.

In Dipnosophistarum libris non pauca Callimachi voluminum frustula occurrunt, quorum magna pars etiam libri nomine laudato legitur.

A. Ea quae certis libris reddi possunt.

1. *Aetia*. lib. III fr. 102 bis laudatur, plenius (o) 15, 668bc, brevius (o) 668e. Quamquam versui libri nomen inscriptum non est, papyro Oxyrhynchia 1011 inventa haec verba rei narratae causa Aetiorum libri tertii libello²² de Acontio et Cydippa nunc restituti possunt, ut multis iam prius placuit. Non est „digressio“, sed ipsius Acontii vitam fataque spectat.

—, liber incertus. fr. 109 bis legitur: (o) 11, 477c quod *a* nominare placet et (o) 10, 442f quod *b* notamus²³. *a* ad librum reddit, qui

²¹ Nusquam alibi legitur, P. Oxy. II (1899) p. 52.

²² Ita nunc dicendum arbitror Diegeseon libro nobis redditio. Libellum dico, nam novellae nomen displicet.

²³ Nunc in P. Oxy. 1362, 11—12 legimus, Pf. fr. 8.

nomina rerum illustrabat, *b* ad alium, qui populorum mores describebat²⁴. Versus non plane iidem sunt, ne *a* maius, *b* minus frustulum esse dicamus et praeterea meram digressionem, quae hanc ipsam ob causam facile sola laudari potuit²⁵. Nam poeta taedium convivae in versu *a* crescens, in *b* inde ab initio acerrimum, tum gradatim fere decrescens nobis depingit²⁶. Cum autem parum credibile sit „Athenaeum“ poetae verba tam subtiliter ipsum mutavisse, qui de poculorum nominibus adeo inepte scripserit (quod iam Schneider aptissime vituperavit), duo diversa exemplaria Aetiorum olim in manibus legentium fuisse puto. Quorum alterum *b* cum papyro Oxy. 1362 congruit (cf. annot. 23). Poetam qui arte valebat ipsum quondam versum *a* in *b* mutavisse (respice si placet annot. 26) videmus, fortasse tum, cum Prologum in Aetiorum exordio collocaret²⁷. Igitur Athenaei frustulum *a* prioris editionis q. d. esse, fr. *b* ultimae, ab ipso Callimacho correctae dixerim.

Eidem Aetiorum libro *(i) 1, 32b extr. redditum est, quod iam Schneidewin non esse Simonidis perspexerat; nunc in papyro Oxy. 1362 15—16, Pf. fr. 8 legimus²⁸.

2. *Galatea*. fr. 37. VII 284c. Si Schneider recte hos versus e Dionysio Iambo oriundos dixit (dubitare tamen possumus, nam fortasse quaedam inter Dionysii Lambi nomen et Callimachi locum laudatum exciderunt), Callimachum iuxta Homerum laudari videsmus. Totum carmen versu heroico scriptum erat.

²⁴ *a* sub voce κισσύβιον laudatur, *b* incipit ὅτι δ' εἰσιν πάντες οἱ Θρῆκες πολυπόται.

²⁵ Digressionsstil p. 17 et annot. 18. Frustum *a* v. 3 a „fracto“ enuntiato incipit, quod duos praecedentes versus parenthesis esse ultro testatur, l. l. p. 25.

²⁶ *a* ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν
b ἀπέστυγε — — — σινοποτεῖν quod sequitur δλιγφ δ' ηδετο κισσυβιφ in *a* et *b* idem est. In *a* magna pocula et merum vinum parvis poculis opponuntur, in *b* magna tantum pocula parvis; tum etiam ἀπέστυγε et ηδετο optime alterum alteri respondent.

²⁷ R. Pfeiffer Hermes 63, 1928, 302 sqq.

²⁸ ήν ἀρ' ἔπος τόδ' ἀληθὲς εός. Hi duo versus eiusdem editionis esse videntur atque P. Oxy. 1362 (id est ultimae correctae), nam quo Athenaei HNAP et papyri HMAA differunt, id tam minutum est, ut facile scribæ incuriae tribuere possis.

3. *Quomodo gentes res appellaverint*²⁹.

fr. 38. VII 329a, inde Eustathius 779 Bas.³⁰. Hunc Callimachi librum prosa oratione scriptum esse inter omnes constat. Callimachum non literarum ordine nomina collocavisse, sed aliam quandam rationem secutum esse, fortasse geographam, facile videmus³¹.

4. *Hecala*. § 8 (infra § 28). fr. 50: 2, 56c. Ut multa alia, etiam hoc frustum e quodam nominum libro³² exscriptum esse videtur. Scribam, qui Athenaei volumen in brevius redegit, partem nominum olivarum sustulisse, i. e. pigritiae causa non scripsisse suspicor.

5. *Epigrammata*. fr. 72. 7, 284c et 327a ambo ad librum quendam redeunt ubi piscium nomina collecta erant quae in poetarum carminibus legebantur; e simili aut fortasse ex eodem libro etiam 7, 318bc oriundum est, nam nautili nominis causa *totum ep. 5 W* laudatur. 15, 669cd *ep. 43 3—4 W* legitur; Callimachi epigrammata (selecta videlicet) in anthologiam quandam recepta esse videmus, quae certe ante A D 190 (Athenaei tempora) in ludis a tironibus legebatur.

6. *Iambus VI Dieg. VIII 41 sq. fr. 100h 1 *(i) 3, 95f.* Callimachum a Zenodoto laudari Athenaeus ipse dicit³³. At non Callimachi „historica hypomnemata“ laudantur, sed Zenodoti, totumque insequens enuntiatum Zenodoti verba sunt, non Callimachi. Quibus verbis testimonium Callimachi subiunctum fuisse par est, nam is

²⁹ Ἐθνικαὶ δηνομασίαι.

³⁰ Od. φῶς Ἀθηναῖός φησι (Schneider ad hoc fr.).

³¹ Aliud caput (ἄλλο μέρος) Thurinos respicit, prima pars Chalcedonios Ordo ἐγραπτίχολος, ἐρέτιμος, τυμ δεκαίνα, ὀσμόλιον mere fortuitus. Ne obliscamur multo senioribus demum temporibus lexica in litterarum ordinem redacta esse.

³² velut λέξεις aut δηνομασίαι.

³³ μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἡ Ζηνόδοτος ἐν ιστορικοῖς ὑπομνήμασι γράφων ὅδε. Hunc Zenodotum non novimus, Herter RE Suppl. V 402, 29. Idem e. g. in Euphorionis frustulo videmus ab eodem Athenaeo 3, 82a laudato (fr. 11 Pow. fr. 8 Mein. p. 44), Εὐφορίων ἡ Ἀρχύτας ἐν Γεράνῳ φησιν, ubi versus Euphorionis ab Archyta in Grue quadam afferri videmus. Alterum laudandi exemplum quod saepe occurrit tale est ἡ ιστορία παρὰ Α καὶ Β, ubi tamen ordinem non semper eundem esse videmus, dum aut Α a Β aut Β ab Α laudatur, e. g. Hesiodi fr. 85 Rz. ed. min. (bibl. Teub.) ἡ ιστορία παρὰ Δημητρίῳ καὶ Ἡσίδῃ, non enim dubium est hic Hesiodum a Demetrio laudari, aut Plin. n. h. 7, 10 *Herodotus et Aristeas Proconnesius* scribunt i. e. Herodotus Aristeam laudans scribit.

qui Athenaei libros in brevius redigebat haec Callimachea sustulit³⁴. Ita Athenaei verba explicanda esse videntur. Callimachi fr. 100h 1 igitur ex „hypomnematum“ serie tollendum est. Cum autem eundem suis immolandi ritum respiciat atque fr. 82b, rei narratae causa eidem iambo VI adscribendum est et testimoniiis potius adnumerandum. Strabo *9, 438 (Call. fr. 82b; v. infra cap. VII et VIII) cum de Ithome Thessaliae verba facit, Callimachi testimonium de Venere Castnia et citat et falsum esse dicit. Non enim uni Veneri Castniae, sed etiam aliis, e. g. Veneri quae templum Metropoli haberet, suem immolari solere³⁵. Callimachus igitur de una Venere Castnia scripsit nec umquam se ipsum correxit, ut multis visum est, qui fr. 100h 1 interpretabantur³⁶. Nam — ne multa — si Callimachus ipse se correxisset, ab aliis (vide Strabonem) non corrigeretur³⁷.

Quod apud Athenaeum legimus Argivos spectat. At cum praeter Athenaeum nemo de tali sacrificio Argivorum narret, quamvis Argos multo clarius oppidum sit quam Aspendus semibarbara, haec eadem autem Aspendus ab Argivis condita sit³⁸, veri similius est haec Callimachi verba Castnium montem, non Argos oppidum

³⁴ Athenaei locum non integrum esse, sed contractum, cum ἐν monstrat, a quo novum caput incipit, tum Zenodoti et Callimachi nominibus oppositum Φερεκράτης ὁ. Ab epitomatore res et mores elatos et nomina tantum addita saepe videmus, poetarum versibus vir iste obscurus minus pepercit.

³⁵ Κ. μὲν οὖν φησιν (his verbis C — i testimonium aliis quibusdam opponitur) ... οἱ δὲ θυτέροι (qui post C — um scripserunt) ἡλεγέναι οὐ μίαν Ἀφροδίτην πόνον ἀλλὰ πλεούς ἀποθεμένας τὸ ἔθος τοῦτο, ὃν εἶναι καὶ τὴν ἐν Μητροπόλει.

³⁶ Primus ipse Schneider, tum alii eum secuti, e. g. Tümpel RE s. v. Aphrodite 2756, 31 sq. (non Dümmler ut Orth scripsit, RE s. v. Schwein 811, 65; ibidem 812, 1 scribas velim 2756, 28). Quae autem viri docti de ὅς et σῶς scripserunt, levissimi momenti sunt, cum ambo nomina promiscue et suem domesticam et aprum ferum significant. Is etiam qui Diegeseis scripsit, ieram Castniam ὄν appellat, non σῶν.

³⁷ De Callimacho poeta alibi scribendum erit; hoc tamen quosdam interro-gabo: si magna illa lexica, quae Daremburg et Saglio aut Pauly et Wissowa ediderunt, prosa oratione conscripta sunt nec versu heroico aut iambis, cur Callimachi opera ut Aetia aut Iambi non mere poetica fuisse putantur, sed quae-dam doctissimarum rerum farrago? — Iam Hertel versus Callimachi a libris prosa oratione scriptis seiungebat, nec tamen seiunxit.

³⁸ Strabo 667 Ἀσπενδος πόλις — — Ἀργείων κτίσμα.

respicere. Zenodoti verba rursus talia sunt, ut digressionem Callimacheam significare facile videantur³⁹.

7. *Carmen II* Dieg. X 6 sq. *15, 668c ab Udalrico Wilamowitz restitutum nunc in papyro Berolinensi legitur, Pf. fr. 2, 5—7.

8. *Sosibii victoria*⁴⁰ fr. 69 *4, 144e. Haec Athenaei verba non fragmentis, sed testimoniis adscribenda sunt.

9. *Liber de avibus*⁴¹. fr. 100c 2 *9, 388d⁴²; fr. 100c 3 *9, 389b; fr. 100c 4 9, 394d; fr. 100c 5 *9, 395f.

Unus liber de avibus fuit, non plures. Callimachus duas res illustrabat, ni fallimur. Primum quidem id, quod nunc nomina synonyma appellamus, tum id, quod olim mirabilia vocabatur, nobis autem potius ad historiam naturalem pertinere videtur, fr. 100c 2; c 3⁴³. Rei narratae causa iam Schneider Athenaei testimonium (o) 9, 391c libro de avibus tribuit, fr. 100c 7.

10. *Tabulae*⁴⁴. Tres libros ab Athenaeo laudatos videmus: *oratorum*⁴⁵ fr. 100d 24 *15, 669c. Hoc fr. optimo iure Tabulis adscribitur⁴⁶.

³⁹ De Argivis poeta facile in digressione dixisse potuit; Hysteriorum nomen similis indolis est. Tum Υστήρια et ὄς apud ignotum scribam Pap. Mediol. IX 2 optime congruunt.

⁴⁰ Ἐπινίκιον εἰς Σωσίβιον. Ut fere omnia cetera, etiam hoc non ab ipso Callimacho, sed serius a quodam alio carmini inscriptum esse putamus.

⁴¹ Περὶ δρνέων.

⁴² Η. δρνέων et π. δρνθων sine dubio eundem librum respicit. Ultima verba ἐχθραίνει γὰρ τοὺς προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ non mutata ipsius C — i verba esse reor.

⁴³ Hertel RE I. I. 403 § 14.

⁴⁴ Πίνακες.

⁴⁵ ἐν τῇ τῶν δητάρων ἀναγραφῇ.

⁴⁶ Fr. Schmidt Die Pinakes des Kallimachos, Berlin 1922, diligenter et caute omnia colligit, quae ad C-i Tabulas pertinere possunt. Tamen quae p. 75 ann. 25 dixit de claris carminibus, quae etiam sola (extra cuiusvis poetae carminum librum) tradebantur, haec carmina etiam singula in Tabularum indices recepta esse, laudato Plutarcho, Solon. cap. 8, eis addendum erat Plutarchum multos poetarum locos laudare solitum esse, ut etiam I. I. fecit. Nam duos integros exordii versus affert, non prima tantum verba (ut in Tabulis fieri solet). Quae autem sequuntur τοῦτο τὸ ποιημα Σαλαμῖς ἐπιγέγραπται καὶ στίχων ἔκατον, χαριέντως πάνυ γεγραμμένον potius ludi magistri verba sunt, memoriter narrata, nam extremum enuntiatum cum iudicio in catalogum non quadrat. — 100 d 19 a Schneidero non integrum editum est, desunt enim ipsius C — i verba, ut Schmidt nos edocuit. 100 d6 Schmidt iure non recepit, nam hoc fr. Tabularum esse demonstrari non potest.

*legum liber tertius*⁴⁷. fr. 100d 25 *13, 585b.

*variorum librorum index*⁴⁸ fr. fr. 100d 7 *14, 643e et fr. 100d 8 *6, 244a.

incertorum librorum frustula haec laudantur. 100d 1 *8, 336 de. Testimonium negativum, ut ita dicam, nam qui hic loquitur se in Callimachi Tabulis Alexidis fabulam non invenisse dicit⁴⁹. fr. 100d 4; 11, 496c. fr. 100d 9: 1, 4e. Callimacho teste Lynceus librum laudatum Hedypatheam nominaverat⁵⁰. fr. 100d 10 *2, 70b. fr. 100d 12 *6, 252c.

B. *Incertae sedis frustula.*

fr. 134 *(o) 13, 571a distichi pars est; de re narrata nihil constat. Versus re vera Callimacheos esse exordium a negatione incipiens ostendere posset, si poetae nomen traditum non esset⁵¹.

fr. 261 *(o) 1, 24a. Etiam hic Callimachum Homero subiunctum esse videmus.

fr. 359 *(o) 3, 72a. Haec verba non versus sunt, sed sermonis pedestris⁵². De libro parum constat⁵³.

fr. 371 (o) 2, 69c. Carminis, non libri prosa oratione scripti frustum est⁵⁴. Quod ni fallor e libro nomina rerum illustrante oriundum est.

C. *Fragmenta Schneideriana tollenda.*

fr. 189. 1, 2a non Callimachi est, sed, ut iam Schneider viderat Eratosthenis.

fr. 100h 6. 10, 412a. Zenodoti locus laudatur⁵⁵, qui aliquem my-

⁴⁷ Ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων.

⁴⁸ Ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι.

⁴⁹ Schmidt melius fecisset, si hoc fr. II 1 B 11 testimonii inserviisset.

⁵⁰ Λυγχεὺς ἢ Καλλίμαχος id est Lynceus a Callimacho laudatus. Confer si placet ann. 33.

⁵¹ Satis multa negationum exempla iam prius contuleram, artis Callimacheae et negationum „causa“ nondum perspecta, Acta univ. Latviensis XIV, Riga 1926 p. 4 sq.

⁵² K. δὲ γραμματικὸς non poetam respicit, sed doctum grammaticum.

⁵³ Schmitz I. I. ann. 21.

⁵⁴ ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν e.g. carmen respicit; totum hoc enuntiatum verba δὲ ἢ Αφροδίτη τὸν Ἀδωνιν ἐν θριδακίνῃ κρύψειν illustrare videtur neque Callimachi esse, ut Schneider putabat. Animadvertis etiam Atticum nomen θριδακίνη in extremo enuntato communis sermonis voce θριδαξ circumscriptum esse.

⁵⁵ Z. ἐν δευτέρῳ ἐπιτομῶν. v. supra ann. 33.

thum de Caucone et Hercule brevi enarrat. Quamvis negari non possit Zenodotum cuiusdam scriptoris librum respicere, hunc sive grammaticus fuerit sive poeta Callimachum esse neque e re narrata neque e totius loci verborum indole ullo modo pro certo demonstrare possumus. Quare hoc. fr. 100h 6 tollendum esse videtur.

IV.

9. De Dionysio Thrace. De Tryphone.

a. *Dionysius Thrax* apertis verbis Callimachum nusquam laudavisse videtur, quamquam nemo dubitat quin clarum poetam optime noverit. Id unum Gustavus Uhlig veri simillimum (nostro quidem iudicio) demonstravit Dionysium Callimachi verba respxisse, cum patronymica explicaret, 26, 3 cum annot.: — — καὶ ὁ τῶν Αἰολέων ἴδιος τύπος Ὑρράδιος. Ὑρρα γὰρ παῖς ὁ Πιττακός. (Call. ep 1, 2 παιᾶ τὸν Ὑρράδιον.)

b. *Trypho* semel tantum Callimachi versum laudavit et semel nec pluries nomen, quod apud eum legitur explanavit. E 138 frustulis Velsenianis¹ unum ad Callimachum pertinet, quod non apud Apollonium Dyscolum reddit, nec plus quam unum e quinquaginta quinque, quae apud Apollonium leguntur, Callimachi nomen profert. Qui praeterea restant perpauci loci cum Callimachi memoria coniungendi id unum testari possunt Tryphoni Callimachum bene notum fuisse. Duo loci Callimachi nomen laudantes hi sunt:

Tryph. fr. 84 Vels. (o) Steph. Byz. 596, 6 — — καὶ ὁ παρὰ Καλλιμάχῳ Ἐλλοπιεὺς παρὰ τὴν Ἐλλοπίαν, οὐ παρὰ τὸν Ἐλλοπα. (Call. h. 4, 20; sic recte Velsen.)

fr. 485, Ap. Dysc. de coniunct. *(o) 238, 18 Schn. Locus valde mutilus vol. I fasc. II (1903) p. 241 correctus sic legendus esse videtur ζως, φησὶν ὁ Τρύφων, τὸ τ πρὸ τοῦ οὐγενα δμοιόν ἔστι τῷ περσείη, τ' ἐνεκεν πένθος ἀπωμόσατο (nomen carminis) τοῦ Καλλιμάχου, quae verba ipsius Apollonii sententia sequitur (nihil ad Callimachum). Hunc versum sic dedimus, ut in libris m. s. legitur, primo tantum verbo restituto, quod ithacismi menda

¹ Tryphonis grammatici Alexandrini fragmenta. Collegit et dispositit Arthurus de Velsen. Accedit Tryphonis observatio περὶ τοῦ ρ ποῦ δασινεται καὶ ποῦ φιλοῦται nunc primum e codice Vindobonensi edita. Berolini 1853.

depravatum putamus²; pronomen relativum, a Schneidero numerorum causa additum, ut supervacaneum omisimus, cum eorundem numerorum causa, nam primum verbum molossum efficit, tum ideo, quod docti grammatici versum aut versus partem exscribebant, saepe e paucis nominibus compositam et ea tantum, quae doctrinae causa laudanda erant, non tota enuntiata solidam sententiam exprimentia; persaepe igitur fit, ut duorum enuntiatorum misere lacerata fragmenta legamus, non unum plenum enuntiatum. Hunc Ottonis Schneideri errorem — emendandi arte e quovis fragmento solidam sententiam fingere — quo deceptus multos Callimachi versus depravavit, quam diligentissime vitare conati sumus.

(i) Tryph. fr. 75 Vels., Ap. Dysc. adv. 188, 19. 21. ἔτι ἐπηπόρει (δέ Τρύφων) πῶς γέγονε τὸ γειόθεν — — καὶ ἔτι περὶ τοῦ Δεκελειόθεν. Hic Tryphonem Call. fr. 35c et 234 et bene novisse et singulas voces memoriter citavisse putamus. Nullo modo hi Tryphonis loci cum eis cohaerent, qui tota illa fragmenta nobis servaverunt. Tryphonis fr. 88, Steph. Byz. 67, 13 Velsen non sine iure cum Callimachi versu h. 1, 34 cohaerere suspicatus est³. Similia, et ea quoque certa testimonia, apud Suidam et alios saepe videbimus (§ 21).

Praeter hos locos iam Schneider aliique duos incertos (i) Callimacho vindicaverunt, fr. anon. 260 et 264.

fr. anon. 260. Apollonius Dyscolus de synt. 305, 13 = 436, 5 U Tryphonis verba exscribit ignotum versum laudantis, qui etiam alibi legitur aut idem aut longior⁴. Ordo verborum Callimacheus esse potest; de re narrata nihil certi constat. Id unum videmus ignota verba cum Homericis laudari: τὸ γὰρ ἐπτυσε πουλὺ κατὰ

² περσῆ 11.; περσῆ e. g. apud Nicandrum legitur, Alexiph. 99 σκληρὸς ἀπὸ περσῆς.

³ Steph. Byz. 67, 13 sq. Τρύφων — — ὁ Δηναῖος Δηναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς*. Call. h. 1, 34 κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον. Hoc primum exemplum nominis est, quod apud Callimachum inveniri possit. Haec adiectivi nominis forma inde a Callimachi et Apollonii Rhodii temporibus apparere videtur, postea apud Nonnum, Callimachi notissimum sectatorem redit.

⁴ Ioann. Alexandrin. (Philoponus), ton. par. 27, 20 (Herodian. 1, 484, 8 L; Ap. Dysc. synt. 436 U, app. ad. v. 5—6) ubi in initio duo nomina leguntur molossum efficientia, in ceteris fontibus non laudata; Herodian. pros. II. E 283 in schol. AVL Townl. (II p. 50, 27 L); etiam Apoll. Dysc. I. I.

ἀπαιτεῖ τὸ κατάπτυστον ἐν καταλληλότητι, καὶ οὐ μᾶλλον ἡ πρόθεσις μετατίθεται ἢ περ τὸ δῆμα Ἰδάκην κάτα κοιρανέουσιν (α 247), τὰ τούτοις ὅμοια.

Choerobosco et scholiis in Dionysium Thracem examinatis (infra § 12 et 13) Callimachum saepe cum Homero componi videbimus; hac de causa etiam fr. anon. 260 Callimacho reddi posse putamus.

fr. anon 264 *(i) Apollonius Dyscolus de coniunct. 227, 29 Schn. non unum, sed duo vocabula a Tryphone laudata citat, quae Homericā et praecedunt et sequuntur: ὡς τὸ ἀναιδείην ἐπιειμένε (A 149) α διπλάσιον διπλήσιον *b* τὴν ἀμαιμάκετον Σκύλλην, πεινὴ δ' οὐ ποτε δῆμον ἐπέρχεται (o 407), ὥψι δ' ἀέλλη (Π 374).

Alterum exemplum *b* in brevius redactum esse cum Schneidero putamus, ita nempe, ut Trypho (aut Apollonius) ea, quae inter articulum et duo nomina (terribilem Scyllam) olim fuerunt omiserit. Quae tamen restituere non audemus. Id unum nobis constat aut ambo exempla *a* et *b* Callimacho tribuenda esse aut neutrum. Primum e versu iambico oriundum esse videtur (nobis fr. novum 8), alterum e versu heroico, (fr. anon. 264) quod sic scribendum putamus.

(τὴν) . . . ἀμαιμάκετον Σκύλλην.

Ceterum Callimachi amicos admonitos velim cum Tryphonis librorum frustula rara esse, tum ab eo Callimachum adeo raro laudari, quamvis ei notus sit. Quae igitur apud eum certis de causis (e rerum ratione aut fatorum libri causa) Callimachea esse possunt, ea non reicienda esse rati sumus.

10. De Apollonio Dyscolo.

Ut ceteri, etiam Apollonius Dyscolus poetarum aliorumque scriptorum locos aut nomine addito laudat aut sine nomine, quid sit inscriptum toti libro nusquam fere proferens. Eo tamen Apollonius quam maxime distat a seriorum temporum grammaticis, quod versus verbaque omnia ex ipsorum poetarum libris exscripta laudat, non, ut Choeroboscus ceterique, e doctorum grammaticorum commentariis deprompta. Unius Tryphonis libris Apollonius usus esse videtur, quem saepius quam quinquagies aut obloquens aut

eadem dicens citat⁵. Grammaticum ignotum⁶, quem Apollonius sae-
pius vituperat quam sequitur, eundem Tryphonem fuisse veri simile
est.

Quamquam Trypho (quoad videre possumus) fortuito Calli-
machi versibus ad illustrandas grammaticae leges usus est, Apol-
lonius multo pluribus, tamen Tryphonem primum dicemus, qui
Callimachi versus in grammaticorum usum induxit, Apollonium con-
tra eum, qui iam certis rationibus causisque Callimachi libros di-
ligenter suum in usum lectitavit. Callimachum enim plus quam
tricies, ceteros eiusdem aevi poetas aut rarissime aut nunquam ab
Apollonio citatos esse videmus. Praeter Aratum Callimachum Ni-
candrum Parthenium Theocritum nullum nomen occurrit. Aratus
ter laudatur, bis cum Homero compositus⁷, Nicander semel et so-
lus⁸, Parthenius bis, solus et cum Homero⁹, Theocritus quater, aut
solus aut inter Dorica¹⁰, at Callimachus fere triciens (viginti unum
certum, undecim incerta fragmenta Schneider enotavit).

⁵ His omnibus examinatis (unum tamen, synt. 51, 6 Bekk., invenire non
potui) librum, quem Velsen de Tryphone scripsit, plane antiquum factum esse
videmus, nam multa Tryphoniana ibi non leguntur. Indici GG III (1910) 284 sq.
non pauca addenda sunt, e. g. coni. XX 223, 30 et 227, 29. Quamquam P. Maas
severe de indicibus iudicavit in censura voluminum II et III Apollonii, Woch. f.
klass. Phil. 1912, p. 18 libelli seorsum expressi — totum volumen mihi non est
praesto —, nullum locum Callimachum spectantem in indicibus deesse testor. In
libello, quem Maas edidit, Ap. Dysc. de pronominiibus, Lietzmanns kleine Texte
nr. 82, Bonnae 1911, ne unus quidem locus Callimacheus secus legitur atque apud
Schneiderum, uno excepto pron. 22, 3, ubi Maas cum Ab „scripturam plenam“
dedit, Schneider elisionibus contractam. Quod tamen ipsam rem et ipsa Calli-
machi verba nequaquam tangit.

⁶ e. g. adv. 127, 6 ἡγοῦνται, synt. 305, 13 φασι.

⁷ a Phaen. 100 (adv. 148, 10). b Phaen. 225 bis legitur, adv. 176, 21 et ib.
207, 12 (sic); Tryphon iisdem verbis de hoc Arati versu hic et illuc loquitur,
eadem igitur scidola usus esse videtur, quamquam non uterque, sed unus locus
(207, 12) Aratum cum Homero componit. c Phaen. 24—25 (synt. 127, 11 U, 95,
5 B), et iam hoc cum Homero compositum.

⁸ Ther. 549 (synt. 12, 1 U, 8, 21 B).

⁹ pron. 93, 3; adv. 127, 6, ubi Apollonius ignotum quendam grammaticum
secutus (id est Tryphonem, supra annot. 6) etiam de Homeri versu verba facit.

¹⁰ 1, 5 (pron. 83, 5); 3, 19 (synt. 168, 8 U), si recte editores Theocrito
vindicaverunt; certe Doriensium sermonis exemplum est; 5, 39 (pron. 75, 6);
7, 2 Apollonius bis laudat, pron. 42, 7 et synt. 177, 8 U, eadem videlicet scidola
onus, nam uterque locus orthotonosim spectat, iisdem fere verbis. Quae scidola
fortasse ex Artemidori libro de sermone Dorico exscripta est.

Ceterum Apollonii libros non scriptos esse, ut postea legerentur, sed olim scidolas fuisse, quibus doctus grammaticus usus est, ut in collegio, legibus grammaticis illustrandis, doctrinam suam discipulis proponeret, sat multi loci testantur¹¹. Hypomnema mere grammaticum hic videmus, ut postea alia hypomnemata, ea quoque in collegiis lecta, quae poetarum ceterorumque libros illustrabant (supra § 4), et seris temporibus ea volumina, quae „vocem secuti“ grammaticorum discipuli in collegio excipiebant¹². Ceterum Apollonius et doctus et diligens et felix grammaticus fuisse videtur, quippe qui doctrinam suam et optimis formulis exprimeret et singulas leges aptissime selectis scriptorum exemplis illustraret¹³. Callimachi loci ab Apollonio laudati hi nobis proferendi esse videntur.

A. Versus e certis libris oriundi.

1. *Aetia. Prologus*, v. 3—4 fr. 287 (o) de coniunct. 239, 6 Sch. (505, 17), a papyro huic loco redditum. Apollonium poetae librum ante oculos habuisse patet¹⁴. — *prol.* v. 21—22 fr. anon. 261 *(i)

¹¹ Forte Fortuna haec notabimus (nam multo plures locos facile ipse invenies), de pron. 111, 5 Schm. (141 B) ἐδεῖχθη, ὡς ἀπὸ ἑγκλινομένων οἱ παράγονται αἱ κτητικαὶ, de coniunct. 247, 21 (514 extr.) τοσαῦτα περὶ τῶν αἰτιολογικῶν (haec eius diei scholarum ultima verba). de pron. 24, 21 ὡς μὲν οὖν τὸ ῥῆμα τὰς ἑγκλιτικὰς τῆς εὑθείας παραθεῖται, εἴρηται· νῦν δὲ ῥητέον ὡς — — .de pron. 49, 8 ἔξῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος χωρητέον. de coniunct. 223, 23 (489 extr.) ἔξῆς ῥητέον περὶ τῶν διαπορητικῶν. — Quis non videt auditve potius nos iisdem formulis uti, quibus doctus Apollonius utebatur? „diximus“; „demonstravimus“; „transeamus ad—“. Heredes tradito utimur.

¹² e. g. Hilgard, praef. p. LXI et praecipue LXVIII, de verbis ἀπὸ φωνῆς Choerobosci scholiorum libris inscriptis.

¹³ P. Maas secus iudicavit Woch. f. kl. Phil. 1912, p. 13 libelli seorsum expressi (totum volumen non vidi). At ipse Maas dicit Apollonii libros medio aeo manu scriptos foede depravatos esse; igitur si quid in his seris libris nos offendit, non necessario Apollonius accusandus est, sed potius libellarii male diligentes. Tum investigandum esse nobis videtur utrum ipsius Apollonii libri ad nos pervenerint an eius discipulorum notae in scholis exceptae, ab ipso non emendatae. — A. Thierfelder Beiträge zur Erklärung und Kritik des Apollonius Dyscolus, Leipzig 1935 non vidi; cf. Maas Gnomon 12, 1936, 287—288.

¹⁴ ἐπίμεμπτοι οὖν οἱ τὰς συντάξεις παρασυγχέοντες, ὃν ἔστι Κ—ος οὐδὲ ἔνεκτος Εὑρυνόμη Τιτηνιάς (fr. 471) εἰνεκεν οὐχ ἐν ἀεισμα τιναγκές (fr. 287), φέρεται γάρ ο σύνθεσμος ἐπὶ τὸ ἦγυσα καὶ δέον τῷ οὐνεκα καταχρήσασθαι. Recte igitur Schneider ἦγυσα versui adiunxit, non recte huic ipsi versui; iam totum Apollonii enuntiatum hoc monstrat et nuper papyrus confirmavit. — Am-

de synt. 442, 1 U (308, 21). Huic loco a papyro tributum. Versus una cum Homericis laudatur¹⁵. v. 33 fr. 323 (i) de adv. 157, 27 (567, 31) misere laceratum¹⁶.

liber I, libellus de Gratiis, versus loci nondum certi, fr. 471 (o) de coniunct. 239, 5 (505, 17), huic libello a scholiis Florentinis 33 redditus¹⁷. — Loci incerti, fr. 11 (o) de pron. 112, 25 (143), e primo libro, teste Stobaeo. Quem locum ter traditum esse videmus nec fontes ullo modo inter se cohaerere¹⁸.

liber III, libellus de Acontio et Cydippa, versus incerti loci, qui novam papyrus praecedunt, fr. 26, Pf. 9f. Idem adverbium solum ter legitur (i) 182, 9 (594, 25); 202, 24 (616, 20); 203, 15 (617, 21). Non tamen necessario e Callimachi libro exscriptum, sed potius

monius sua aliunde sumpsit: de diff. p. 106 (Schneider p. 509) οὐνεκα και εἰνεκα διαφέρει, οὐνεκα γάρ σημαίνει τὸ διτι, εἰνεκα δὲ χάριν. Qui fons idem fuisse potest atque is, qui Ammonio fr. 35 suppeditavit, ubi similiter δε εἰνεκα et οὐνεκα verba facit. — Apollonium binos Callimachi versus singulorum verborum causa laudare saepe videmus.

¹⁵ Primum exemplum T 4 est, tum nostrum frustulum laudatur, postea Z 124, H 113 et multa alia Homeric.

¹⁶ Verba οὐκ ἔστιν διλόκληρον libellarii sunt, non Apollonii. Exemplar, unde codex descriptus est, lacunosum erat. P. Oxy. Schneiderum recte versum edidisse monstravit. Tres diversos fr. — i fontes habemus: a Apoll. Dysc. (σημαῖνον εὐχῆν) inde aut recta aut obliqua via schol. Dion. Thr. 431, 19 H (εὐχῆς ἐπιφρημα) b Et. gen. (B) p. 60 e lexeon libro „pathologiam“ adhibente (γίγνεται και α κατὰ συγχοπήν), c ceteri, quos Schneider enumerat (Suidae locus in nova editione non legitur) omnes ad eandem glossam redeunt & ζηλοῖ εἴθε, quam non ad ipsum poetae librum redire veri simile est.

¹⁷ Gratiae diversis parentibus ascribuntur, ut C. ipse in hoc libello ante dixit (προειπών) — παρ' οἷς δὲ Εὔρυνόμης τῆς Ὁκεάνου καὶ Διός. Quod Bast se in margine leguisse testatur οἱ δ' εἴνεκ' etc. nunc in papyro SF narratur. Schneider igitur etiam hic verum praesenserat. Schol. Il. 18, 399 simile mythologema profert atque SF, cum Apollonio autem, qui res mere grammaticas tractat, coniunctum esse non potest.

¹⁸ Apoll. Dysc. res grammaticas tractat; exempla temporum ordine serta esse videmus (Alcman et Hesiodus, tum C.), et Callimachi duos, non unum versum corrigi, fr. 420 et 11; cf. annot. 14 extr. Animadverte, si placet, Apollonium exempla corrigena (— έστις —, έόν — —, δέον γάρ σφόν και σφοῖς) ita collocavisse, ut facile eum „monilis“ figura usum esse suspicari possis, Aristot. rhet. 1409 a 29 (λέξις εἰρημένη). I. Tolstoi, Raccolta Ramorino, Milano 1927, 378 sq.; Chudožestvennyj Folklor 4/5, Moskva 1929, 84 sq. cf. Gnomon 6, 1930, 235.). Hic exemplorum ordo non tam raro apud Apollonium occurrit. Quem non chiasmi figurae causa excogitatum, sed fortuito inde oriundum esse suspicor, quod doctus grammaticus verba inter se arctissime associata (ut nunc

sermonis cotidiani exemplum esse dixerim¹⁹. Versum e tertio Aetiorum libro esse schol. Soph. Antig. 80 testatur (v. infra § 19).

2. *Hecala*, § 8. Dieg. X 30 sq. (infra § 28) fr. 454, K 32a (i) de adv. 191, 24 (605, 6). Callimacho dant lexica Byzantina, Hecalae multi viri docti rei narratae causa tribuerunt, e libri fatis tamen eius origo perspici non potest²⁰.

§ 11 Dieg. X 32 sq. fr. 234 K 85 (i) de adv. 188, 21 (601, 30). Apollonius Tryphonis locum laudat, v. supra § 9b. Callimacho totum versum lexica Byzantina reddunt, qui propter Deceleae nomen Hecalae tribuitur, id est rei narratae, non versus fatorum causa²¹.

dicimus) sese proxime sequi iubebat, ut in nostro exemplo ἔσθιντες σφόδρα correctum, tum prius exemplum, cum corrigendi rationes ἔσθιτες — σφόδρα iam facilius mente percipi possent. Amorum liber Luciano falso ascriptus 48 p. 451 duo exempla iuxta posita laudat, nullo modo „conflata“ ut Schneidero videbatur (si leges, post primum exemplum vocem interrumpas, ut ei, qui auscultant, non scriptum neque dictum „aut, si placet“ subaudire possint). „Lucianum“ Callimachi versum memoriter afferre perspicuum est. Stobaeus tres versus volumini suo inseruit; cum priores (Ap. Dysc. et Luc.) pauciora praebent, ab eis pendere non potest. Imaginem, quae apud Stobaeum legitur, a versu pentametro incipere non mirum, Digressionsstil p. 19 annot. 24 et p. 26.

¹⁹ adv. 182, 9 λέγω τὴν σίκαδην, ἄγραδε; ib. 202, 24 τὰ εἰς δὲ λήγοντα ἐπιρήματα τὴν εἰς τόπον σχέσιν σημαίνει, σίκαδη, ἄγραδε, ἀλαδε. (secundum rationes logicas disposita esse videntur); ib. 203, 15 — τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν δέξιαν, ἄγραδε, σίκαδε. Post Apollonium haec ἄγραδε et σίκαδη saepe apud seriores grammaticos occurunt, ex eius volumine scilicet oriunda.

²⁰ Ceteri fontes Et. Paris. s. v. αἰπύη et Zonaras s. v., qui ambo ad verbum idem proferunt αἰπύη τὸ κανοκοινὸν ή ή ἀρτοθήκη, K. ἐκ -ἀλοῦσα lexeon librum reddit ex hypomnemate oriundum.

²¹ Stephanum Byzantium 224, 7 quoquo modo Apollonii (i. e. Tryphonis) affinem esse putamus, nam ambo de locativi Δεκαλειάθεν origine locuti sunt. Ceteros huius versus fontes duos ramos efficere videmus: a Et. gen. gl. 105 Reitzenstein p. 30, 5 et Suidas A 1657 ad Epaphroditum redeunt, quia obliquas rationes etymologiae prae se ferunt σίον ἀμπερόν τι ὅν, τὸ δι' ἀμπερές, <ἐκ> τῶν ζυγῶν δεσμένον Et gen., ἀμπερέειν δὲ κυρίως τὸ μετὰ ἀμάξης πορεύεσθαι, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν νωτοφόρων ζώων λαμβάνεται Suid.; b Theonem contra in Et. gen. gl. 106 (ib.) agnoscimus, cum propter etymologiam, quae rerum indolem respicere videtur, tum ob laudatum Lycophronem, quem Theoni notissimum fuisse constat: ἀμπερόν γάρ κυρίως καλεῖται τὸ σχοινίον τὸ ἔλκον τοὺς βόας η τὸ ἔλκον <τὸ ἐπι>κείμενον τοῖς αὐχέσι τῶν ὑποζυγίων. ὁ δὲ Λυκόφρων ἐπὶ τοῦ κακοπαθεῖν ἔλαβεν τὴν λέξιν egs. Hae glossae omnes e Salustii hypomnemate oriunda esse videntur, quod et Theonis et Epaphroditii doctrinam continet.

— Incertae sedis, fr. 48 (i) de adv. 138, 18 (549) et 162, 27 (573), ex Hecala teste schol. Pind. Nem. 1, 3²². Ambos Apollonii locos eandem scidolam reddere suspicor²³. Altera (162, 27) cum Homero coniuncta est, O 716 et O 530. Fr. 48 excusum esse ideoque certo loco vindicari non posse iam demonstravimus²⁴. — Fr. 315b (o) de pron. 13, 9 (15 A), de synt. 83, 4 (59, 22). Callimachi versus (duo sunt) propter dialectum Atticam laudantur, ideoque versus 315b Hecalae tribuendus, at non 315a, nam Apollonius de eius indole Attica dubitat. Schol. Dion. Thr. 91, 3 H (923, 1) sua ex Apollonio habet²⁵. Ambo versus laudati (315 a et b) nullo modo inter se coniuncti sunt, sed ad diversas diversorum carminum partes pertinent.

3. *Epigrammata*. Ep. 21, 1W (i) de synt. 147, 3 (106, 9) Callimachi esse A P 7, 525 testatur; Apollonius ex ipso Callimachi

²² Cum scholio Pind. N. 1, 3 Apollonio nihil commune, nam scholiasta mythorum rationes respicit, Ap. autem res grammaticas. Suidae frustulum (i) II 161 hypomnema Salustii redolet. Omnes tres fontes plane igitur diversi sunt nec inter se cohaerent.

²³ Apollonius non raro eosdem poetarum versus in diversissimis libris iisdem fere verbis interpretatur. Eadem igitur fecerit, quae nostri aequales, qui scidolis in scholis utuntur.

²⁴ Digressionsstil p. 26.

²⁵ Schol. Dion. Thr. Ἀττικοὶ γάρ τὸν ἐμέ φασιν, ὡς καὶ K. fr. 315b ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμὲ καὶ 315a τὸν σε Κροτωπιάδην καὶ Μένανδρος ἐν Τίθαι (I, Τίθαι). Apoll. Dysc. pron. 13, 9 Ἀττικοὶ γοῦν τὸν ἐμέ, K. fr. 315b ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμὲ καὶ 315a τὸν σε Κροτωπιάδην καὶ Μένανδρος ἐν Τίθαι. Fusius eadem et non sine ironia synt. I. l. — — Ἡ Ἀττικὴ χρῆσις — — αὐτίκα γοῦν καὶ παρὰ K.—φ. — Specta quaeso quae sequuntur: τὸν σε Κροτωπιάδην (315a), ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμὲ (315b), χωρὶς εἰ μὴ τὸ ἀρθρον ἔξοχὴν παρίστησιν ἐν τῷ τόν σε Κροτωπιάδην εἴγε πάλιν ἡ τοιαύτη σύνταξις ἐπίφορος πρὸς τὴν τοῦ ἀρθρον παράθεσιν. Apollonius ambas scidolas ante oculos habet, 315b et a, incipit ab a, adiungit b, tum autem pergit, tamquam solum a ante oculos habeat, nec credit ibi Atticam dialectum agnosci posse. Etiam rei narratae causa (quod tamen nobis non primo, sed ultimo loco venit) versus 315a potius cuidam libello Linum spectanti vindicandus esse videtur, ad ipsum enim carmen, non ad digressionem pertinet. Versus 315b cum fr. 49 coniunctus triplicem anaphoram efficit gradatim crescentem, non numero verborum, sed eius qui iurat animi vi (Acta Univ. Latviensis XIV, Riga 1926 p. 14 § 4 ad h. 3, 56—57): ναὶ μὰ τὸ βίκνον σῦφαρ ἐμόν, ναὶ τοῦτο τὸ δευτέρεον αὖσαν ἐσόν περ, ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ.

libro aut memoriter laudat²⁶. — Ep. 48, 1W (i) de synt. 492, 14 (341, 12), item in A P 6, 310 Callimacho datum.

4. *Choliambus* I Dieg. VI 3 sq. fr. 97, Pf. 9, 118, IIr. 22; legit restituitque Lobel, Hermes 69, 1934, 167 sq. Bis apud solum Apollonium versus laudatur (i) de pron. 22, 3 (26 B), (o) de synt. 309, 9 (220, 2) una cum iisdem Homeri versibus²⁷. Quos omnes e poetarum ipsis libris recta via laudari et scidolas semel nec bis scriptas esse patet.

B. Orbi versus (qui certo libro reddi non possunt).

fr. 315a. (o) de pron. 13, 9; (o) de synt. 83, 4; inde schol. Dion. Thr., quos locos supra in ann. 25 examinavimus. Solus fons semel e Callimacho exscripta scidola, ab Apollonio bis adhibita. — Fr. 420 *(o) de pron. 112, 25 (143), v. ann. 18. fr. 420 et fr. 11 e diversis libris oriundi. — Fr. 461 (o) de adv. 157, 15 (567, 17). Verbum, Apollonio singulare visum, extra ordinem notatur²⁸. Schneideri iam posse non repperi. — Fr. 485 *(o) de coniunct. 238, 18 iam supra inter Tryphoniana examinavimus (§ 9b). — Fr. 497 (i) de pron. 93, 8 (118 C), quod Callimachi esse Choerob. in Theod. 401, 34 H (447, 13 Gaisf.) testatur. Apollonius hoc nominis exemplum una

²⁶ ep. 21 et 35 W. Ambo eandem rem trant, alterum brevius, alterum fusius, partim eisdem fere verbis:

21, 1 — — παρὰ σῆμα φέρεις πόδα

35, 1 — — παρὰ σῆμα φέρεις πόδας

ideoque sese sequi non potuerunt, ut etiam in Catulli libro eiusdem argumenti carmina semper alterum ab altero aliquo spatio (alio carmine expleto) seiuncta esse videmus.

²⁷ pron. I. l. ὡ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη (Od. 1, 45), παιδες ἔμοι (Od. 3, 475), ὡ ἔμαι τοῦ ἀπιόντος ἄγκυραι (fr. 97; Paulum Maas sequor, qui poetae iura restituit a prioribus neglecta). Eadem paulo fusius mutatoque versuum ordine dicta synt. I. l. — ἡνίκα δέ Νέστωρ τοὺς ίδίους παιδας προσφωνεῖ παιδες ἔμοι (Od. 3, 475), καὶ ἔτι παρὰ Κ—ῳ ὡ ἔμαι τοῦ ἀπιόντος ἄγκυραι (fr. 97), καὶ ἐπὶ τῆς συλλαβ· βανούσης τοὺς ἄλλους παιδας Ἀθηνᾶς ὡ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη (Od. 1, 45). Apollonium de rebus grammaticis disserentem poetarum nomina (eorum sane quos saepe laudat) mere fortuito aut ommittere aut commemorare videmus.

²⁸ — — καὶ τὸ ὥμεν παρὰ Κ—ῳ. Photius bibl. 531 A 18, id est Helladius, sua ex Herodiano habere videtur: ὅτι ἡ μάκαρ μονήρης ἐστι λέξις —. Verbum ὥμεν eiusdem ordinis esse videtur atque δρομέσι fr. 555 = 100 d 27, Schmidt Pianakes 76, 27, Μαλόες fr. 543, βιοπλανές fr. 497, K fr. 106, — quae omnia Callimachi sermonem patrium redolent.

cum Homero dat²⁹. Evidem nullam causam video fragmenti fatis nixam, quae hoc frustum Hecalae tribui iubeat, immo contra — apertissima digressio ullum certum iudicium de re narrata proferre vetat³⁰. Optime Ida Kapp hunc versum rei narratae causa incertum esse significavit (K. fr. 106). — Fr. 519 et 520 (i) de synt. 492, 14 sq. (341, 12 sq.). Inter haec duo frustula medium (i) ep. 48, 1W legitur; quod cum certe Callimachi sit, etiam fr. 519 et 520 eiusdem esse veri simillimum est. Schneider fr. 520 sine causa mutavit³¹. Ut alias, etiam haec duo exempla ad diversos Callimachi libros pertinent. — Fr. 522 (i) de adv. 198, 7 (611, 28) fortasse huc spectat³²; Callimachi esse (o) schol. Dion. Thr. 276, 19 (942) testatur (v. infra § 13). De re narrata parum constat, Digressionsstil p. 24. — Fr. 536 *(i) de pron. 109, 25 (139). Versus scribendus, ut apud Apollonium legitur. Hic quoque duos versus laudari videamus non coniunctos nec coniungendos³³. — Fr. 557 *(o) de pron. 109, 26 (139 C). Pronominis forma, quae laudanda erat, excidit, sed facile restitui potest³⁴.

C. *Frustula adhuc incerta, quae Callimacho reddenda sunt.*

Sat multos versus vocesque Apollonius sine Callimachi nomine laudavit. Hi loci aliorum fontium ope partim sane poetae redduntur, non omnes tamen. At si solum Apollonium intuemur, ut eius unius testimoniis examinatis rationes perspiciamus, quae inter Callimachi versus laudatos et Apollonii causas modosque laudandi intercedant, saepe Homeri versus novi poetae versui iuxta positos

²⁹ καὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι τὸ βιόπλανες βαρύνουσι ἀπὸ τοῦ βιόπλανής, καὶ ἐπιτηδεῖς, καὶ ἄκλεες αὐτῶς (H 100), ἀπὸ τοῦ ἄκλεής. De nomine βιόπλανες v. annot. 28.

³⁰ Digressionsstil 26—27.

³¹ Cum Apollonio ἀδρανίῃ τόδε πολλόν scribendum erat.

³² — — ὅπτῳ ὅβδην καὶ ἑσόβδην.

³³ Homerus laudatur — Od. 13, 320, —, πλεῖστα γοῦν ἔστι παρ' ἑτέροις εὑρεῖν, σφέτερον πατέρα (Hes. op. 2) ἀντὶ τοῦ ὑμέτερον, ἀντὶ τοῦ τεά, τοῦ κῆδεα λέξον ἐα παρὰ Κ—φ (fr. 536). Totus locus integer est, non corruptus ut Ahrens aliique putabant. Nam enuntiatum chiasmi figuram praebet (potius monilis, supra annot. 18), quam pluries apud Apollonium invenimus: „suum“ patrem pro „vestrum“, pro „tua“ „sua“. Primum τοι non mutandum erat, nam exscriptum est, ut insequens ἐά melius illustraretur.

³⁴ καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ ἀντὶ τοῦ σφωγτέρου (scil. ἑοῦ legitur). Quare fr. 557 ἑοῦ scribendum est.

videmus, ita, ut magni illius poetae veteris exemplis exemplum novi poetae clari respondeat, qui novus poeta semper Callimachus est. Non pauca frustula laudata supra vidimus, quae nullam dubitationem movent. Formula Homerus + x = Homerus + Callimachus cum aliorum fontium ope vera esse firmatur, tum prologi versibus 21—22, qui frustulum ignotum anon. 261 una cum Homeri versu laudatum Callimachi esse monstraverunt. Omnes igitur versus ignoti poetae una cum Homericis laudati pro Callimacheis habendi sunt³⁵. Ideo haec frustula adhuc incerta Callimacho reddenda esse rati sumus:

fr. anon. 258 *(i) de synt. 60, 4 (43, 21) cum corrigendis p. LXXVII. Versus non mutandus ἀλλήλους δὲ λήσαν. — Fr. anon. 259 (i) de coniunct. 251, 7 (518, 10) cum A 131, idem (i) de synt. 379, 3 (266, 27) cum A 131, idem (i) de coniunct. 250, 8 (517, 31) solum, (i) de synt. 380, 15 (267, 27) solum, tum pluries in schol. Dion. Thr. (v. infra). Una eademque scidola doctum grammaticum saepe usum esse suspicamur. — Fr. anon. 260 (i) de synt. 436, 5 (305, 13), primum a Tryphone laudatum, v. supra, etiam in senioribus libris legitur³⁶. — Fr. anon. 265 *(i) de coniunct. 243, 17 (510, 16) + Hom. Od. 10, 417 Nihil mutandum: ἔ ν θ̄ ἵ γ α ἐ ε κ α κόν
ἐ σ τι ν. — Fr. anon. 266 (i) de adv. 152, 21 (562, 30) cum Hom. Od. 6, 265. Schneidero, qui hoc frustulum depravatum esse putat (ad fr. 485) assentiri non possumus³⁷. — Fr. novum 9 (i) de adv. 185,

³⁵ Homerum novi generis poetis opponi cum saepe alias, tum apud Lucianum de conscr. hist. cap. 57 videmus (Skutsch RE VI, 1907, 1182, 42 sq.; „veteres“ etiam apud Ciceronem, e. g. de or. 2, 27, 107 legimus. Hunc Luciani locum interpretati sumus Digressionsstil p. 8 sq.). Apollonium ceteros neglexisse, Callimachum praecipue laudavisse supra § 10 vidimus, cf. annot. 7—10. Non errabimus igitur, si omnes versus ignotos Homero oppositos (aut si mavis appositos) Callimacheos esse iudicabimus.

³⁶ schol. ALV Townl. E 283 (Herodian. pros. II. II p. 50, 27 L), Ioann. Alex. 27, 20 (Herodian. pros. cath. 1, 484, 5 L), qui ambo de ultimo versus verbo loquuntur. Inde colligimus hunc versum ultimam enuntiati partem esse. De rationibus, quae inter hos duos fontes et Apollonium intercedant, mihi non liquet.

³⁷ Hunc versum sine Homeri loco Choerob. dict. 2, 349, 6 H commemorat — καὶ ὅμως ἐπ' Ἡφαιστοῖο θύρῃσιν ἴωνικῶς εἰπεν δὲ ποιητὴς. Quem poetam Hilgard Homerum esse putat. Ita de poeta loquitur, qui eum non esse Ionem novit. Si totus locus ex aliquo libro descriptus est, ut ubique fere apud Choeroboscum suspicari possumus, eius fons hypomnema fuisse potest, ubi „poeta“ is appellabatur, cuius versus ab hypomnematista illustrabantur.

20 (598, 16) εὐναίας ἐβάλοντο inter Homericla laudatur³⁸. — Fr. novum 10 (i) de synt. 440, 5 (307, 22) una cum Hom. O 244 laudatur: ὅτι η καλλιστον η + κατὰ Εὔθιππον qui choliambus nondum restitutus est³⁹.

d. fr. anon. 263 *expungendum* est, nam ibi Homerus laudatur, Od. 19, 369, non ignotus poeta.

Duas res in Apollonii libris vidimus, quae quidem ad Callimachum. Non dubitandum de versibus „ignotis“ una cum Homericis laudatis; nondum enucleatum, qua via bina Callimachi frustula in Apollonii libros manaverint — aut ipsius industria, qui permulta legit enotavitque, aut priorum grammaticorum curis, quorum copiis Apollonius usus est. Unum tamen ratum habemus tales binos versus nunquam ex eiusdem carminis vicinis locis oriundos esse, sed semper e diversis locis. Si in alibi quoque videmus, e. g. schol. Stat. Theb. 5, 145 *lunatum: peltatum* quod duobus Vergilii versibus illustratur, (o) Aen. 1, 490 et (o) 11, 663. Tanto spatio divisi versus nec unus alterius similis ambo eadem habent „lunatis agmina peltis“. Verbi „lunatus“ causa haec exempla sedulo conquisita videntur.

Ceteros locos laudatos, eos quidem re vera incertos, qui soli leguntur, Callimacheos esse demonstrare non possumus.

11.

a. De *Herodiano* pauca dicenda. Nam magnum illud volumen, quod Lentz edidit, nullius nobis quidem pretii est, quia vera Her-

³⁸ — — ως τὸ ἀναγκαῖη καὶ τὸ εὐναίας ἐβάλοντο καὶ τὸ ἀπείρων καὶ τὸ πομπῆς καὶ τὸ Ἀιδωνεὺς καὶ ἀλλα πλεῖστα —, horum exemplorum magnam partem iam paulo prius Apollonius laudavit: 184, 19 ἀναγκαῖη γάρ ἐπείγει (τ 73); 184, 24 πομπῆς ἀγανόι (ν 71); 184, 26 Ἀιδωνῆι προσῆψεν (Ε 190). Etiam ἀπείρων Homericum est, e. g. ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν α 98. — Apud Apollonium Rhodium verba, quae fr. novum esse volumus, non leguntur, εὐναίας hic illic occurrit. Apollonius Dyscolus Rhodium semel tantum nominat coniunct. 230, 7 (496, 21) non laudato versu.

³⁹ Horum numerorum versus non solum in Choliambis, sed etiam alibi leguntur; ideo liber nondum indicari potest. Uhlig haec notat: „οἱ καλλιστον... καξανθιππον A² (non καξανθιππον, ut Bekker adnotat), post καλλιστον 4—5 litterulae erasae; A² et post οἱ et ante καξανθιππον additum η, atque inter κα and ξ additum τα quae quidem supplementa inveniuntur etiam in CBB“. Nec Meineke neque Kock hunc versum receperunt, docti viri, quibus comoediae sermo familiaris erat.

dianea ibi dispici nequeunt (v. cap. I annot. 25). Duo tantum frustula notabimus e codice Tischendorfiano, Reitzenstein p. 305, fol. 22r 20 et fol. 22v. 10, quae iam Pfeiffer libello suo tam utili inseruit p. 101, fr. 62 et 63. Id unum notandum Herodianum ambobus locis ita usum esse, ut unam solam vocem Callimacheam enotaret, non versum aut enuntiatum⁴⁰. Pf. fr. 63 recte unum solum nomen amplectitur πρωτόν, quod „nuper prime“ significare putamus (BA πρωτόν τὸ ὑπόγνων).

b. *Theodosius Alexandrinus* si obiter hic commemorabitur, sat erit⁴¹. Nam ipsi nihil fere cum Callimacho, scholia contra Georgii Choerobosci magni nobis pretii sunt (infra § 12).

c. *Ioannes Alexandrinus* (= Philoponus) eadem de causa neglegi potest⁴².

d. *Sophronium* patriarcham Alexandrinum (844—861) Characis scholia retractavisse, interdum levius quam oportebat, hic illic tamen nomina scriptorum servavisse, quae Choeroboscus, Characis collega minor natu omisit, Hilgard apte exposuit⁴³. Callimachea non multa apud eum inveniuntur, bona tamen.

1. *h. 3, 180* (i) 2, 403, 31.
2. *Tabulae*. fr. 555 = 100d 27, Schmidt Pinakes 76, 27.
3. Adhuc *incerti libri* frustum fr. anon. 290 (o) 2, 396, 20 Sophronii ope Callimacho redditum⁴⁴.

⁴⁰ Si fol. 22 r. 20 formulae πτοιον γαρ Καλλιμαχος nolis credere (at aperte sime hic versus restitutus est), respice si placet fol. 22 v. 14 ‘πρωτην’ ‘Απολλώνιος’ quocum congruit paulo inferius laudatus Alexio, unius glossae (nominis cuiusdam formae) causa testis citatus. Singulis glossis poetarum nomina ascripta sunt, solida enuntiata nomen poetae sequuntur, non antecedunt, ut fol. 22 r. bis videamus: v. 15 sq. Πτωιον δρος σὸν τῷ : Πινδαρος καὶ ποτε — fr. 51 b Schr., v. 22 sq. — ‘Ομηρος πᾶσαν δ' ἡσιην μένομεν τετληστι θυμῷ’ (Od. 4, 447).

⁴¹ Saeculo quarto exeunte, quinto incipiente vixisse videtur, Hilgard Gr. IV 2, 1894, praef. p. V—IX, sed respice omnes primas quinque partes (V—LXI), quae multa graviaque de artis grammaticae fatis, nihil tamen de veteribus poetis laudatis proferunt. Multo brevius Gudeman RE V A 2, 1934 s. v., nr. 6, 1935.

⁴² Nempe quae ad Callimachum. Cf. ad fr. anon. 260, supra annot. 35, et infra ad fr. 497, annot. 74. Ceterum vide quae Gudeman et Kroll doctissime disseruerunt RE IX 2, 1916, 1764 sqq. (nr. 21).

⁴³ Gr. Gr. IV 2, 1894, praef. p. CXXIII—CXXVII. Inde brevissime Krummbacher Gesch. d. byz. Lit.² 582. Tacent RE, Christ.

⁴⁴ — — καὶ γάρ γεινεό μοι τέκταινα βίου δὲ Καλλιμαχος λέγει.

4. Incerta *frustula nunc Callimacho* danda propter formulam
x + Homerus = Callimachus + Homerus.

fr. anon. 278 (i) 2, 404, 22⁴⁵.

fr. anon. 288 (i) 2, 382, 5 (+ Il. 6, 291).

fr. novum 11 (i) 2, 407, 18⁴⁶ δάκρει χειμαίνομένω.

Si quis fortasse nimis temere haec frustula Callimacho redditum esse putabit, eum monitum velim Sophronium eadem doctrina usum esse, quam etiam apud Choeroboscum ceterosque vigere videbimus.

12. De Georgio Choerobosco.

Choeroboscum vetustioris sermonis exempla praecipue e diversis grammaticorum philologorumque voluminibus, quae ei praesto erant, exscriptissime consentaneum est⁴⁷. Unde Choeroboscus hoc aut illud fragmentum mutuatus sit, id adhuc divinari tantum, non pro certo scire possumus.

A. Certorum librorum fragmenta.

1. *Aetia. Prologus.* P. Oxy. 2079 v. 2, fr. 488 (o) 200, 18. Unus Choeroboscus Callimachi nomen servavit, papyrus versui locum reddidit. Callimachi versum exempla Homericam sequuntur. Solum hic rei grammaticae causa versus laudatur. Omnes ceteri fontes rem metricam spectant. Bis igitur fr. nobis traditum est, saepe numerorum, semel declinationis causa. — ib. v. 36. fr. 382 (o) 267, 27. Locum vindicat papyrus. Inter aliorum poetarum versus Callimachus ad rarum declinationis exemplum illustrandum laudatur⁴⁸.

Liber II. Fr. 306 quinques (o) laudatur, et semper cum eodem Homeri loco⁴⁹. Quamquam tria exempla breviora sunt, 139, 25; 263, 17; 276, 22⁵⁰, duo non multo longiora, 130, 13 et 379, 9⁵¹, haec

⁴⁵ τὸ γὰρ στάδα λίμνην κατὰ ἀποθολήν ἔστι μόνον τοῦ ευ, ὡς ἀπὸ τοῦ εὐηγερέα (Δ 303) ἡνορέητι.

⁴⁶ παράληκτα δάκρεις, δάκρει χειμαίνομένω, καὶ ὡς τὰ βραχυπαράληκτα, I 570.

⁴⁷ Hilgard praef. p. LXXVI, Cohn RE III 2, 1899, 2364.

⁴⁸ ad nominativum Σαλαμίν.

⁴⁹ Θ 56.

⁵⁰ μή με τὸν ἐν Δωδώνῃ λέγοις μόνον.

⁵¹ μή με — μόνον οὖνεκα χαλκόν.

omnia unum eundemque versum esse facile videmus, nam ubique idem Homeri versus cum Callimacheo coniunctus est — quamquam Choeroboscus, si memoriter Homerum laudare voluisse, alios quoque Homeri versus citare potuit⁵². — Stephanus Byzantius s. v. Dodona (247 sq. M) bis de Epaphroditio loquitur, qui duas fuisse Dodonas dixit, 246, 16 in commentariis Homericis⁵³, 247, 10 in Aetiorum hypomnemate. Hic Dodonae etymologiam ita profert, ut Callimachum de Dodona in altero Causarum libro verba fecisse certum sit⁵⁴. Quare fr. 306 alteri Aetiorum libro vindicandum censeo.

Liber III. Fr. 27 (o) 2, 78, 17. Numeros spectat, non grammaticam. Sequitur Cratini locus.

2. *Hecala*. § 8. Dieg. X 28. fr. 47 (14 K) 158, 4 Hecalae frustum inter alios poetas laudatur. Choeroboscum seri temporis librum, fortasse aequalem, exscriptisse videmus⁵⁵. — § 10. Dieg. X 528 (92 K) (i) 187, 2. Callimacho dat (o) Et. Gud. 300, 11 iisdem verbis, unde ambos locos ex eodem fonte sumptos esse patet, ex hypomnemate in Callimachum⁵⁶, fortasse Salustii, quem tam male novimus. — *Incatae sedis* fr. 51 (39 K) 249, 32 et 333, 17, qui loci ambo, ni fallimur, eandem scidolam reddunt; alter Callimachi sermonem

⁵² Choeroboscus, ut multi nostrum, scidolis utebeatur, quas semel ex antiquioribus voluminibus exscriptas scholarum causa in ordinem quendam redigebat, et eadem scidola sine dubio pluries uti poterat. Nam Choeroboscum scholas habuisse illud ἀπὸ φωνῆς ultro monstrat, quod toti libro inscriptum est. Hic illuc etiam partem quandam aut caput extremum deprehendimus, ut e. g. 187, 9 „actum est“, 187, 10 „cum nuper dixisset“. Severius Reitzenstein Gesch. d. gr. Etym. 366 ann. 2 „Ch. hat mit Kleister und Schere und ohne viel Nachdenken gearbeitet“.

⁵³ 246, 16 'Επαφρόδιτος ἐν τῇ II τῆς Ἰλιάδος.

⁵⁴ 247, 10 ὠνόμασται δὲ κατὰ Θρασύβουλον, ὡς 'Επαφρόδιτος ὑπομνηματίων τῷ β' Αἰτίων, ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ωκεανίδων νυμφῶν. Epaphroditus ita scribere non potuisset, nisi Dodona in hoc Causarum libro nominata esset.

⁵⁵ (μύκης) — — σημαίνει γάρ καὶ τὰ καρβώνια τὰ ἐπικείμενα τοῖς λόγοις ὡς παρὰ Κ—φ ἐν τῇ Ἐκάλῃ.

⁵⁶ Monosyllaba, aliis syllabis aucta, barytona fiunt, χωρίς τοῦ πτῶξ πολυπτῶξ πολυπτῶντας τε Μελαιναῖ. Verba quae sequuntur τό δὲ Μέλαιναι τόπος ἐστι τῆς Αἰτίων, πολυπτῶντας δὲ εἰσειται πολλοὺς λαχφούς hypomnematis scholium sunt, quae antecesserunt lemma. Ipse Ch. pergit τοῦτο γάρ τὴν δέσποιν τάσιν ἐφύλαξε τοῦ ἀπλοῦ. Nam verborum Μελαιναῖ (sic scribendum fuit) et πολυπτῶντας interpretatio nihil ad prosodium. Fr. 528 et 56 unum idemque Melaenarum nomen spectant; igitur, ut iam Schneidero visum est, fr. 528 = 56, Steph. Byz. 441, 12 Μελαινεῖς δῆμος τῆς Αἰτίωνος φυλῆς. Κ—φ δὲ Μελαινᾶς φησι τὸν δῆμον ἐν Ἐκάλῃ.

vetustiori opponit⁵⁷. — Fr. 532 *(o) 2, 114, 8. Poeta sermonem Atticum (Choerob. l. l. 114, 2 sqq.) imitatus est⁵⁸. Ideo hoc frustum Hecalae, nam de gripho Minervam celebrante parum constat, vindicandum esse putamus. Choeroboscus ipse testatur se Callimachi fr. aliunde mutuatum esse („dicunt“).

3. *Epigrammata*. ep. 23, 1 W ter legitur, (o) 2, 125, 18; (o) 2, 128, 15; (i) 2, 139, 14. Qui loci omnes ex eadem scidola laudati esse videntur, nam ubique cum eodem Menandri fragmento 891 K coniuncti sunt et ubique poetae verba eadem explanatio sequitur⁵⁹.

4. *Tabulae*. fr. 100d 27 = 555 (sic recte Schmitz, II 1 B 13 b) (o) 139, 6⁶⁰ et (o) 220, 25, quae ambo ex eadem scidola oriunda esse dixerim⁶¹. Verba „Callimachus inscripsit“ frustum Tabulis reddunt.

5. *Choliambi*. I Dieg. VI 19—20. fr. 96, Pf. 9 post v. 138 (inter fol. IIIv. et IIIr.) 153, 32.

6. *Hymni*. II 15 bis occurrit: 2, 114, 25⁶² et (o) 2, 343, 2. Schol. Call. l. l. eadem de futuro „Syracusano“ proferre notaverim. — H. 3, 88 (o) 320, 12 versus pars verbi *lynx* causa laudatur, (o) 356, 15 verbi *caro* causa. Duos igitur fontes videmus. — H. 3, 160 (o) 332, 7. Ex ipsius poetae libro exscriptum esse videtur⁶³. — H. 3, 180 (o) 320, 8. Fortasse e quodam lexeon libro⁶⁴.

⁵⁷ Uterque vocem ἄλως illustrat. 249, 20 ὥσπερ ή ἄλως τῆς ἄλω, ὃ σημαίνει τὸ ἀλώνιον, 333, 15 ή ἄλως τῆς ἄλω. τὸ γάρ ἄλως πταῖσμα νεωτερικόν ἔστι (σημαίνει δὲ τὸ ἀλώνιον). Choeroboscum E. M. secutum est (οὕτως ὁ Χοιροβοσκός).

⁵⁸ οὗτοι ἀναλογώτερον φασι τὸ παρὰ K—φ (fr. 532 scriendum erat) διενήλη λούθειν. Primum η a Schneidero falso mutatum est.

⁵⁹ ἀντὶ τοῦ εἰπόνυ.

⁶⁰ καὶ τοῦ δρομέσι παρὰ K—φ, quod enuntiatum non apte (τοῦ) cum eo, quod praecedit coniunctum est. Quare Choeroboscum in scholis (librum ἀπό φωνῆς scriptum esse memento), cum iam paene oblitus esset, hoc exemplum ultimo temporis puncto, iam exacto prioreenuntiato, addidisse putaverim; nomen τοῦ, hic inconcinnum, cum antecedentis canonis verbis optime coniungi potest.

⁶¹ Quo differunt 139, 6 ἐκεῖνος γάρ οὕτως ἐπέγραψεν et 220, 25 ἐκεῖνος γάρ δρομέσιν ἐπέγραψεν, id levissimi momenti est, nam ambo pergunt ὅφελων ἐπιγράψαι δρομεῦσι δρομεὺς γάρ ἔστιν ή εὐθεῖα (139. addit. τῶν ἐνικῶν). Similiter is nostrum, qui non loquitur in scholis, sed scripta legit, hic illic leviora quaedam paululum immutat.

⁶² παρὰ K—φ ἐν Τμοις.

⁶³ — — τὸ νηδύς κατὰ ποιητικὴν ἔξουσίαν συστέλλει τὸ ο ώς παρὰ K—φ ἔτι οἱ πάρα νηδύς ἐκείνη, καὶ παρ' Εὐριπίδη —.

⁶⁴ ὠλέ δέ ἔστιν ή αὖλαξ, ὡς τὸ τέμνειν ὠλακα βαθεῖαν.

B. Incertae sedis fragmenta.

fr. 297 (o) 2, 119, 5. E carmine quodam Ionica dialecto scripto⁶⁵. Verba, quae fragmento laudato subiuncta sunt, hypomnematis esse videntur⁶⁶. Hoc hypomnema Eustathius Od. 23, p. 1946, 25 exscripsit, qui tamen ipsum versum pessum dedit⁶⁷. — Fr. 308. 203, 34. E quodam lexeon libro oriundum esse videtur. Ida Kapp versum recte scripsit, fr. 136 K⁶⁸, sed cum non apud unum Suidam fragmentum laudetur, sed etiam alibi, causam non video, quae nos fragmentum Hecalae tribuere cogat⁶⁹. — Fr. 460 (i) de orthogr. 273, 19 (Reitzstein Textgesch. d. gr. Etym. 246, 3 sq.) cum Et. gen. gl. 6 R. p. 245 arcte cohaerere videtur, non tamen Callimachi verba praebet. Reitzenstein recte Etymologici glossam e Choerobosco oriundam iudicavit. Versus, olim etiam a Choerobosco laudatus, temporum (i. e. librariorum) iniquitate periit. — Fr. 472 (o) 155, 9. Callimachi versus inter Homericos laudatur⁷⁰. — Fr. 473 (o) 265, 27. Choeroboscus locum e quodam hypomnemate exscripsisse videtur⁷¹. Qui idem fr. affert epimerismorum auctor An. Oxon. 1, 413, 22, se notato libro usum esse testatur⁷². — Fr. 474. *(o) 287, 24. Versum Callimachi hypomnematis scholium sequitur. Quicumque rem a poeta narratam non novit, scire non potest, utrum de equo an de equa agatur; Choeroboscus aut eius fons versum Atracis nominis causa attulit, scholium contra meram paraphrasin praebet⁷³. — Fr. 475 (o)

⁶⁵ τὸ γῆδειν οἱ Ἱωνες λέγουσιν γῆδεα κατὰ διάλυσιν, ὡς παρὰ Κ—φ γῆδεα μᾶλλον σγωγε, ἀντὶ τοῦ γῆδειν.

⁶⁶ Animadvertis ultima verba (ann. 65) ἀντὶ τοῦ γῆδειν plane supervacanea esse.

⁶⁷ ἐγώ κατε in extremo fragmento (sic Schneider cum Eustathio) cum C — arte metrica conciliari non potest. Scribas ut Choeroboscus γῆδεα μᾶλλον σγωγε. Ob Ionicum sermonem fortasse fr. Aetii vindicari potest. Schneider verum videre nondum potuit.

⁶⁸ οὐδὲ οἰστι eqs.

⁶⁹ Ceterum scholiastam T 382, qui C — um κακῶς scripsisse dicit, poetae τὴν φιλόπαιδα νόσου morbo non nominato vituperare voluisse suspicor.

⁷⁰ Hom. Il. 20, 4, fr. 472, Hom. Il. 16, 473.

⁷¹ εἴρην δὲ λέγεται ὁ δυνάμενος ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγειν, τουτέστι ὁ εἰκοσιν ἐνιαυτῶν.

⁷² σεσημειωμένου τὸ (lege τοῦ) εἴρενος.

⁷³ 'Α τράχιον δὲ ἔπειτα λινόσπαθα πῶλον ἐλαύνει, ἀντὶ τοῦ "Ατράχα πῶλον ἐλαύνει ἀποσπαθεῖσαν ἀπὸ λόκου. (ἀπό NCV; nulla causa mutandi: poeta de equa loquitur e dentibus lupi erecta). In C — i versu tota verba scripta δὲ ἔπειτα notamus, qui scribendi modus etiam alibi occurrit, ubi C — i versus a veteribus laudantur.

352, 11. Ipsumne Callimachum Choeroboscus laudavit? — Fr. 487 *(o) 115, 15. Loci Euripidis (*Orestes* 640), Thucydidis (2, 8), Callimachi exemplum grammaticum illustrant, ita nempe, ut non ipsum exemplum, sed eius rationes cum tribus his locis componantur. Totum igitur a docto viro scriptum, qui hos tres poetas bene noverat. Generatim ea fragmenta, quae semel tantum laudantur, non omnia fortuito nobis servata esse dixerim, sed a quodam optimae notae fonte, non tam remoto ab ipsius poetae temporibus, quique libros Callimachi bene noverit, ut e. g. fr. 487, quod fere a Didymo oriundum putaverim (*Euripidea persaepe ad Didymum redeunt*). — Fr. 497, 106 K. 401, 34. Callimachus iuxta Homerum (A 142) laudatur; non iidem versus, eadem tamen nomina iam apud Apollonium Dyscolum 93, 8 (118C) coniuncta sunt⁷⁴. — Fr. 505 (o) 298, 15. Choeroboscum sua ex Herodiano exscripsisse iam Schneider vidit. — Fr. 517 *(o) 113, 22. Versus ita scribendus, ut in NCVP legitur⁷⁵. — Fr. 543 *(o) 152, 13. NC totam copulam scribunt, Schneider corripuit⁷⁶. — Fr. anon. 290 (i) 275, 36. Callimacho reddidit Sophronius 2, 396, 20 (supra § 11d 3 cum annot. 44). Ex uno Choerobosco non videmus, qui frustulum Callimachi esse certis rationibus demonstrari possit⁷⁷.

C. Incerta frustula, quae Callimacho reddi posse videntur.

Etiam Choeroboscum saepe Callimachi exempla cum Homericis coniungere vidimus. Ideo fatorum causa, quae versus perpessi sunt, non rei narratae causa, ut placuit Schneidero, nonnulla frustula incerta certioribus de causis Callimacho reddi oportere putamus. Haec sunt.

⁷⁴ βιόπλανες et ἐπίτηδες, ubi tamen difficile erit Callimachi, non aliis verba allata esse demonstrare. — Totum fr. 497 apud Choeroboscum incipit οἱ τε —: eadem Ioannem Alexandrinum 15, 25 nobis tradere arbitror, primum enim οἱ ex στοῖο corruptum esse suspicor, quae vocula miliens fere exempla praedit. Ioannis Alexandrini et Choerobosci locos inter se similes ex Herodiani περὶ παθῶν libro pendere suspicor. Et. gen. autem e quodam alio Herodiani libro.

⁷⁵ τέκνα σοι μὲν Βάκαλες.

⁷⁶ — — παρὰ Κ—ῳ δὲ ἀειδων Μαλόες ἡλθε χορός, ἀντὶ τοῦ Μαλόεις Μαλόεις θέ θστιν δὲ λέσβιος. Haec ultima Choeroboscum ex hypomnemate mutuatum esse facile dixeris.

⁷⁷ οἱ ποιηται nimis incertum indicium est Choeroboscum III saeculi poetas respexisse.

Fr. anon. 125 (i) 381, 31. x + Hom. Il. 11, 480. Eandem versus formulam habemus ep. 6, 2 W⁷⁸. — Fr. anon. 259 (i) 2, 276, 24. x + Hom. Il. 1, 131. Iam Apollonius Dyscolus haec habet, § 10c. — Fr. anon. 266 (i) 2, 349, 6. Hoc quoque ex Apollonio Dyscolo, § 10c cum annot. 37. — Fr. anon. 278 (i) 392, 20⁷⁹. — Fr. anon. 287 *(i) 138, 34. — Fr. anon. 288 *(i) 229, 29. — Fr. anon. 289 *(i) 268, 38 + Hom. Il. 4, 277⁸⁰. — Fr. anon. 291 *(i) 398, 14. Propter formulam x + Homerus Callimacho dandum. Aratum, cui Hilgard hoc fr. tribuit, Choeroboscus alibi nusquam laudat. — Fr. anon. 292. octies laudatur, semper (i): 2, 40, 14; 45, 11; 50, 27; 81, 20; 111, 17; —, 24; 144, 7; —, 25. Semper cum Hom. Il. 23, 666. Eadem scidola est, qua Choeroboscus totiens usus est.

D. Frustula Callimacho demenda.

fr. 329 et 506 Antimachi sunt, non Callimachi. Libri NC haec frustula Antimacho dant, C Callimacho. Hilgard (praef.) NC „magis genuinam recensionem“ esse dicit.

fr. anon. 293 Homeri est, Od. 7, 327.

Quaedam frustula restant, aut a Schneidero Callimachi fragmentis anonymis inserta, aut omnino nusquam recepta. Cum nihil invenissem, quod me cogeret hos versiculos Callimacho aut dare aut demere, eis hic examinandis supersedi. (Non facile hos locos Callimacheos esse crediderim.)

13. De scholiis in Dionysium Thracem.

A. Certorum librorum fragmenta.

1. *Aetia. Prologus.* v. 2 P. Oxy. 2079, 2. fr. 488 (i) 20, 15 et (i) 307, 16. Callimacho dedit Choeroboscus, libro reddidit papyrus. Uterque locus ad eundem fontem reddit, nam ad verbum congruit

⁷⁸ ep. 6, 2 W Εὕρυτον, ὅσσα ἔπαθεν an. 125 τὴν θεῦν "Ἄρτεμιν οἶ" ἔπαθεν. Hexametri partem extremam et insequentis versus initium esse dixerim.

⁷⁹ Etiam apud Sophronium legitur, supra § 11 d 4.

⁸⁰ Hoc versus frustum Lobel Hermes 70, 14435, 39 ann. 1 rei narratae causa Aetiorum libro I, Argonautarum redditui reddit.

cum scholiis in Hephaestionem, quae versus numeros illustrant⁸¹. — Ib. v. 15 (i) 460, 12, quod mihi Callimacheum erat quia inter Homericla laudatur⁸², ab Edgardo Lobel nunc in Prologi papyro recognitum est, Hermes 70, 1935, 32. — Ib. v. 33 (o) fr. 323. 431, 19. Qui locus interiectionum indicem respicit⁸³.

liber III fr. 27 (o) 350, 29 sq. Aetiorum libro III Priscianus dat. Locus numerorum rationes respicit. Si Hilgard recte Heliodorum haec scripsisse perspexit, Choerobosci verba legimus⁸⁴, quae ad prioris aevi metricos redeunt. — Ib., *libellus de Acontio et Cydippa*, v. 46. fr. 496, 2 (o) 532, 3. Versus nunc a papyro (Pf. fr. 9) huic Aetiorum libro redditus est, quae etiam ambos versus hic laudatos diversorum locorum esse eis demonstravit, qui Schneiderum seuti et Pollucis manum et Iphiilis calcem unum eiusdem carminis locum esse putabant. At re vera tam similes locutiones, a docto quodam grammatico propositae, ut e. g. Apollonius Dyscolus solet (supra § 10), nullo modo ad eundem locum pertinere poterant. Scholiasta Dionysii docti grammatici volumen exscripsit, quod Zenodotum vituperabat⁸⁵. Homerum et Callimachum una ad eandem rem illustrandam laudatos esse videmus (Il. 3, 273 et 11, 690).

2. *Hecala*. § 8. fr. 66e 2 (o) 60, 13 e lexico oriundum⁸⁶. Hecalae dandum propter Suidam, (i) B 70 (Hecker; v. § 21). — Incertae

⁸¹ schol. Dion. Thr. uterque locus eadem habet — — εἰς δύο πενθημέρη τεμνόμενος, οἷον νητίδες — φίλοι. Schol. Heph. 316, 10 ἐστι στήχος τεμνόμενος εἰς δύο πενθημέρην οἷον νητίδες — φίλοι. Supra § 7.

⁸² De anastrophia. Post Hom. Il. 3, 2 legimus subtiliora etiam esse e. g. in Sophoclis fabula *Syndipnoi* (fragmentum interiit), tum construi posse ἀρθρῷ (Aristoph. Pac. 1332), προθέσει (A 162), ἐπιρρήματι (V 243), συνδέσμῳ δέ, ὡς τὸ Μασσαγέται καὶ μακρὰν διατεῖσι εν ἐπ' ἀνδρα ἀντὶ τοῦ καὶ Μασσάγεται.

⁸³ εὐχῆς ἐπιρρήματα. C — um antecedit B 371 et incertae sedis versus cyclius (non est Od. 14, 68). Quid autem sibi vellet id, quod post certa C — i verba fr. 323 sequitur incertum καὶ τὸ βάλε κε νοεντι, id ut perspicere aut emendare mihi non contigit.

⁸⁴ Hilgard praef. p. XIV sq., inde paucis Schultz RE VIII 1 (1912) s. v. nr. 17, 40 sq.

⁸⁵ μέμφονται τὸν Ζηνόδοτον fortasse Apollonium Dyscolum respicit.

⁸⁶ ἀβάλε, cuius vocis duae partes separatim illustrantur, ἄ, sine ullo fr. — o, tum βάλε, cum C — i verbis. Eadem voces ἄ et βάλε etiam 431, 19 coniunctae sunt, ubi contra ἄ illustratur, βάλε exemplo suo orbatum est, nam extrellum enuntiatum male corruptum est.

sedis. 315b (o) 91, 3, quod tam aperte cum Apollonio Dyscolo congruit, ut non solum hic, sed etiam saepe alias Apollonius scholiorum in Dion. Thr. fons fuisse habendus sit (v. supra ann. 25).

3. *Epigrammata.* ep. 1, 2 W, quamquam 368, 13 non laudatur nec Callimachi verborum testimonium dici potest, tamen ex hypomnemate epigrammata Callimachea illustrante sumptum esse posse supicor (v. supra § 9a). — Ep. 6, 3 W pluries legitur. Scholia Vaticana unum Callimachum respiciunt. (o) 60, 13 se ex hypomnemate in Callimachi epigrammata scripto oriundum esse testatur⁸⁷. (o) 163, 33 bis de eadem re loquitur⁸⁸. Etiam scholia Londinensia ep. 6 citant, (o) 448, 3; hic quinque exemplis illustratur, ubi unius verbi quinque notiones enotantur, *littera*, *litterae*, *sapientia*, *quarta epigramma*, nostro quidem iudicio e Callimacho⁸⁹, *quinta carmen* e Callimacho ep. 6, 3. — Ep. 23 totum (o) 160, 13 legitur, ubi omnia, quae poetae verba sequuntur, ex hypomnemate exscripta esse suspicor. Cum eis, quae schol. Dion. Thr. de libri notione dicit, non cohaerent⁹⁰. Ultimi versus etiam (o) 3, 22 occurunt. — Fr. 70. Epigramma in Diodorum Cronum (o) 192, 20e volumine nomina

⁸⁷ οὐδὲ γράμματα τὰ σύγγραμματα, θηλοῖ ὁ Κ. εἰπόν· Οὐ μὴρειον δὲ καλεῖ μας γράμμα ἀντὶ τοῦ σύγγραμμα; verba, quae versum sequuntur, non scholiaste sunt, sed eius, qui C — i epigramma illustravit.

⁸⁸ Prima series: καὶ τὸ ἐπίγραμμα (fortasse Call. fr. 71, 1 respicit) καὶ τὸ ποίημα, Οὐ μὴρειον — γράμμα ὁ Κ. Altera: καὶ ἀλλαχοῦ ὁ αὐτός ποτε μὲν τὸ ποίημα καλεῖ γράμμα (e. g. ep. 6, 4; fr. 74b; 254), ποτὲ δέ τὸ καταλογάδην σύγγραμμα (e. g. ep. 23, 4; fr. 242), ὡς ἔκει (sequitur iterum ep. 6, nunc totum fere). Bipartitam thesin ποίημα — καταλογάδην σύγγραμμα exemplum sequitur primam tantum partem illustrans, alterius partis exemplum periit.

⁸⁹ (4) τό τε ἐπίγραμμα (fr. novum 12) ἀλλὰ τι τοῦτο / αὖτὸ γράμμα βέβηκεν (5) καὶ ποτε ποίημα Οὐ μὴρειον — γράμμα Κ. Excepto Platone, qui sermonis philosophorum dignissimus testis laudatur, omnia exempla III saeculi poetarum esse videntur, Theocriti et Callimachi. Frustulum adhuc incertum ideo C — i esse rati sumus, quod vocis γράμμα exempla notionis „carmen“ et „epigramma“ iam schol. Dion., Thr. 160, 13 ambo e Callimacho laudata sunt; etiam hic (448, 2) ambae notiones eundem in modum arte coniunctae sunt et altera aperte Callimacho datur.

⁹⁰ γράμματα libros significare dicit; post ep. 6, 3 sequitur totum ep. 23, tum πρὸς τοῦτο δὲ εἶπεν Ολυμπιόδωρος ὁ φιλόσοφος „εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμήν ἐπέδησεν ἐρωήν, ἦδη λυγρὸν ἔλυσα βέου πολυκήδεα δεσμόν,“ τουτέστιν εἰ μὴ ὡφελήθην ἐκ Πλάτωνος τρόπον εἰζωίας, προέκρινα ἂν μὴ εἴναι η κακός εἴναι.

rerum illustrante manavit, Epaphroditus videlicet⁹¹. Epigramma esse Sextus Empiricus testatur. Duo primi versus (Schneider fr. 70) totius carminis ultimi sunt, vv. 3—4 autem in ipso initio scripta fuerunt. Duo diversi fontes hoc ultiro testantur⁹². Tres testes, quorum nullus ex alio pendet, hos versus nobis servavisse videmus⁹³.

4. *Iambi*. (I, Dieg. VII 19, ni fallimur) fr. 98a. Pf. fr. 22, 457, 17 ad verbum fere cum Tryphone et cum Gregorio Corinthio et cum Choerobosco congruunt (Schneider fr. 98a), quare dubitare non possumus quin omnia haec testimonia ad eundem librum rhetoricum redeant⁹⁴. Qui eum scripsit, Callimachi iambo ante oculos habebat. Cum autem imprimis exordii versus laudari solere constet, carmen in vico Ali Gamman nuper inventum primum voluminis locum tenuisse veri simillimum est⁹⁵.

⁹¹ Lexeon liber fuit. (*στοιχεῖον*) — — οἱ δὲ παρὰ τοῖχοι τοιχεῖον καὶ πλεονασμῷ τοῦ στοιχεῖον — (haec mera pathologia est, a multis grammaticis adhibita) — ἐν γάρ τοιχοῖς ἔγραφον τὸ πρότερον — hunc obliquum causarum nexum Epaphroditum esse vidimus (§ 6).

⁹² Sext. Emp. adv. math. 1, 309 p. 672 Bekk. ἐπιγραμμάτιον — καθάπερ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κ—ου εἰς Διόδωρον τὸν Κρόνον συγγραφέν· ἡνὶ δὲ „κοῦ“ (non mutandum est; tot syllabae a sono kappa incipientes corvorum clamorem insuavem pingunt) Κόρακες τε γένον ἔπι „κοῖα συνῆπται···“ κράζουσιν καὶ „κῶς αὐθι· γενησόμεθα·“ Totum Sexti enuntiatum monstrat initium epigrammatis laudari. Notandum praeterea Sextum ipsius C — i librum ante oculos habuisse vel memoriter eius versibus usum esse. Quod autem apud Diogenem Laertium legimus (2, 10, 7), cognominis causa laudatur; inde igitur sumptum est, ubi Croni nomen occurebat et primum quidem, si pluries scriptum esset. In epigrammate autem cum carminis indolis causa non multifariam scriptum erat, tum acutae sententiae causa, ut tota invectiva paucis verbis exprimeretur, hunc versum ultimum fuisse veri simile est. Ita restituendum censemus:

‘Ηνίδε „κοῦ“; κόρακες τε γένον ἔπι „κοῖα συνῆπται···“

κράζουσιν καὶ „κῶς αὐθι· γενησόμεθα·“

× × × ×

αὐτός δὲ Μῶμος

ἔγραφεν ἐν τοῖχοις δὲ Κρόνος ἔστι σοφός·’.

⁹³ a Sext. Emp. ex ipso C — o; b Diog. Laert., fortasse e Didymo (quisquis fuit, e C — i libro hausit); c schol. Dion. Thr. ex Epaphroditus lexeon libro.

⁹⁴ Vitelli p. 124 optime demonstravit Archilochi et Callimachi nomina lexici (E. M.) librarii culpa alterum alterius locum occupavisse. Eadem fere diximus Diggessionsstil p. 18 sq, cum ann. 22 et 23, ubi omnia testimonia ex uno fonte fluxisse monstravimus (qui libellus scriptus est cum PSI XI nobis nondum notum erat).

⁹⁵ Pfeiffer Philologus 88 (NF 42), 1933, 265—71. Nova papyrus in vico Kom Ali Gamman reperta primum edita Atene e Roma ser. III vol. I fasc. 1—2

B. Fragmenta incertae sedis.

Fr. 242. Huc spectat (o) 163, 33; quo versus pertineat, non constat; id umun e scholiastae verbis appetet poetam librum prosa oratione conscriptum respicere⁹⁶. — Fr. 315a (o) 91, 3. Ex Apollonio Dyscolo, supra 2b, fr. 315b. — Fr. 455. — (o) 100, 18 et (o) 430, 31. Eadem scidola est: uterque locus Callimachi verba cum iisdem Homericis coniungit, H 157. 430, 31 etiam hypomnematis verba servavisse videtur⁹⁷. — Fr. 496, 1 (o) 532, 3. Doctus grammaticus duo exempla e diversis libris laudavit; hic, ut semper, talia duo exempla „rei narratae causa“ nequaquam in unum coniungi possunt. Nostrum fr. a docto scholiasta perbene illustrari videntur, — nisi hoc quoque ad veteres grammaticos redit⁹⁸. — Fr. 504 (o) 222, 9. Ad Herodianum redire videntur, E. gen. B. — Fr. 522 (o) 276, 19. Eadem Herodianus habet II p. 934 L et Apoll. Dysc. adv. 198, 7 (supra § 10b). Ex alio fonte, nam plura dat, EM 612, 57⁹⁹.

p. 3—8. Nunc. PSI XI (1935) nr. 1216. Ibi leguntur: versus carminis choliambici extremi, tum totus iambus quamvis mutilus, quem aliud carmen sequitur v. 79 sqq. Ordinem eundem videntur, quem Diegeseon papyrus exhibet: choliambus, iambus (I), iambus II de Iove Eleo, v. ann. ad papyri 1216 v. 79). Choliambus qui in papyro 1216 inventivam antecedit, Diegeseon choliambus IV esse potest: nostra ratio Callimachi ingenium perraro consequi potest, et poeta alias leges sequitur quam is, qui doctum librum scribit — ideo si nostra mens carmen restituere nondum potest, huius carminis frustula tamen eiusdem choliambi extremam partem efficere possunt, cuius argumentum parcus diegeta plus siluit quam narravit.

⁹⁶ V. ann. 88 et 89. Et carmen et librum (prosa oratione scriptum) — haec ambo Callimachus uno nomine appellat. C — i ep. 6 cum notionem *carmen* spectet, alterius exemplum periisse videntur; hoc alterum, ubi solitum σύγγραμτα minus solito nomine γράμμα appellatur, in ceteris libris a Schneidero ad fr. 242 citatis laudatur, qui hoc scholium non novit. Omnes quattuor fontes, cum eadem iisdem fere verbis dicant, ex eodem lexeon libro sua sumpsisse puto, qui liber tamen mihi quidem adhuc latet.

⁹⁷ τὸ ἀβαλε παρὰ Κ—φ, ἔνθα φησιν ἀβαλε μηδ' ἀβόλησα (sic, non — σαν mss) τούτους εἴτε μηδὲ συνέτυχον τὸ γάρ ἀβολῆσαι συντυχεῖν ἔστι. Quae verba ad ἀβαλε illustrandum non necessaria sunt.

⁹⁸ διὸ καὶ μέμφονται (Trypho?) Zenodotum — — sequuntur exempla ll. 3, 273; Call. fr. 496, 1 et 2 — — περὶ σῦ φαμεν (Apoll. Dysc.?) — — ll. 11, 690.

⁹⁹ EM 612, 57 sine poetae nomine Μούση γάρ ἡλθεν ἐσάρθην. Sylburg Μούσης feliciter restituit. Cum EM ἡλθεν, Herodian. ἡλθον, schol. Dion. Thr. ἡλθες habeant, scribendum esse videntur ἡλθεν, non ἡλθον, ut Schneidero aliisque placuit. Lobel haec verba Aetiorum prologi „insomnio“ tribui posse putat Hermes 70, 1935, 34.

C. Frustula Callimacho reddenda.

Fr. anon. 259. Ter. (i) 106, 6; 212, 27; 291, 3 cum eodem Homeri loco A 131 (supra § 10c) laudatur. — Fr. novum 13 (i) 394, 24. Una cum Homericis laudatur II. 3, 167; 20, 250 — καὶ πάλιν ὅστις δέδημιλῶν. Callimachi carmina iambica notissima fuisse nunc dudum videmus. — Fr. novum 14 (incertum) (i) 434, 9. Si prius exemplum Homero reddi potest, alterum Callimachi esse necesse est¹⁰⁰.

V.

14. De scholiis in Apollonium Rhodium.

Haec scholia¹ non raro Theonis doctrinam reddere videmus. Locorum Callimacheorum magna pars certo libro ascribi potest. Una vox sine Callimachi nomine laudata poetae vindicari posse videtur. Haec habemus.

A. Certorum Callimachi librorum loci.

1. *Aetia. Liber I.* fr. 12, libellus *de Gratiis*, PSI 1217 A fr. 1, 6 (i) sch. 1, 1297. Poetae et libro dat E. gen.², versum indicavit papyrus. Theonis doctrinam esse testatur schol. Nicand. Alex. 471. — Fr. 163, idem libellus, SF (PSI XI. 1219) v. 32 (o) sch. 4, 425. Librum restituit papyrus. Etymologia Theonis. — Fr. 215 et 377, libelli 2 digressio *de Argonautarum reditu*, cf. PSI XI 1217 (pap. ABC) B v. 12 sq. *(o) sch. 4, 282, 91b. Loci versuum adhuc incerti. Ambo frustula rei narratae causa hic inserendi; versuum fata id unum monstrant locos Callimacheos a scholiasta propter Argonau-

¹⁰⁰ οἷον νῆστο τὸ σκῆπτρον, νῆστο τὴν σῆν εράν κεφαλήν. Verba priora ad A 234 prope accedunt ναι μὰ τόδε σκῆπτρον. Alterum exemplum duos contiguos versus esse putamus.

¹ Scholia in Apollonium Rhodium ed. Carolus Wendel. Berolini 1935 (auctarium Weidmannianum III). Quae Wendel ex E. gen. nondum edito excrispsit, ea nobis quoque saepe usui fuerunt. — Die Textgeschichte der Scholien zu Apollonius Rhodius, Leipzig 1933. Hoc in libro W. hypomnematum fata nusquam, si recte vidi, tetigit.

² ἔστλιγγες; plura praebet, quam sch. a libellario in brevius redactum.

tarum redditum laudari³. — Fr. 563. Eiusdem digressionis, locus si-
milter incertus. *(o) sch. 4, 301/2 (huc tralatum e 303/6a, quod
locum Callimacheum non mutat). Poetae verba narrantur tantum,
non laudantur, quare de ipsius fr. 563 verbis nihil constat. Si ea se-
quimur, quae Wendel nuper proposuit, Colchorum nomen hinc tol-
lendum est. — Fr. 336. Incerti loci, de Argonautarum reditu. (o)
sch. 4, 982, 92d. Quo ordine haec frustula sese exceperint, nihil
divinari possumus⁴. — Fr. 410. Libellus 2 (post digressionem de
Argonautis) *de Hercule et Thiodamante*. *(o) sch. 1, 1212, 19a. To-
tum hoc scholium, mere mythographum, ex Apollodori copiis ma-
navisse videtur. Quinque partes facile dispiciuntur: *a* Hercules Ca-
lydoni Cyathum pugno necat; *b* quam ob culpam fugiens in Eueno
fluvio Nessum necat; *c* Hyllum ut alat Thiodamantem adit frustra-
tusque bovem dilacerat (Pf. fr. 7); *d* Thiodamas Herculi bellum
infert, victor Hercules Hylam Thiodamantis filium secum dicit,
totum populum alio mittit; *e* loca enumerantur, quo populus ductus
sit⁵. Partem *c* in Aetiorum I. I libello 2 recognoscimus. Quot partes
ex omnibus quinque Callimachus narravisset, difficile dictu; plures
fuisse et *e* exterritum testatur et *b*, quod *etiam* Archilochum haec
narravisse dicit. Totum (i. e. omnes, quas divisimus quinque par-
tes) si Callimacheum est, uno eodemque loco narrari ideo non po-
tuerunt, quod materies nimis magna est: nusquam, quaecumque
Callimachea ad nos pervenerunt, tam magni ambitus fabulae unum
virum deumve spectantes leguntur. Utrum igitur Apollodorus plura
carmina (libellosve) Callimachi narraverit an Callimachus unam
alteramve fabulae partem in brevi excursu adumbraverit potius
quam narraverit, adhuc dispicere non possumus. Utut est, frag-

³ fr. 215 digressio est. Cum Argonautarum reditus causa laudaretur, hic
inserui. Sic quis obloquetur meram digressionem nihil de loco, unde sumpta sit
testari posse, id unum respondebo ambos locos arctissime cum scholiastae verbis
de Argonautarum itineribus coniunctos esse. fr. 377 (p. 281, 6 W) de eis narrare
videtur, quae Callimachi nomen sequuntur. Lacunam, quam Keil vidit, aut copula
καὶ sive *ὅτι*, aut levi verborum ordinis mutatione *τούς μὲν αὐτῶν* sanari posse
putamus, nec locum corruptissimum esse, qualis Schneidero visus est.

⁴ Nam poeta seriora prius narrare potuit; memineris si placet SF (PSI
1219) 32 *αὐτός προειπών*.

⁵ p. 110 W: a) 10—13, Ἡρακλῆς — ἐπέχεεν, b) 14—16 φεύγων — ὁς καὶ
Ἄρχιλοχος ιστορεῖ, c) 16—21 ἐπειτα — εἰδωχεῖτο, d) 21 — p. 111, 1 δ δὲ Θεοδά-
μας — ἀποσχῶνται, e) 1—3 (lacuna) περὶ Τραχίνα — τούτων δὲ καὶ δ. K. μέμνηται.

mento Schneideriano 410 nomina, quae in parte *c* occurunt, omnia danda sunt, excepto fortasse Meliorum nominē, et omnia cetera (*a b d e*) desideratis Callimacheis adnumeranda⁶. — Fr. 214, eiusdem libelli. *(o) sch. 3, 1323b; libro locoque reddidit papyrus (Pf. fr. 7, 7). Animadverte scholiastam (Theonem, quem praeter cetera etymologia prodit, E. gen. ἀκαντά) ipsius fere Callimachi verbis uti.

Aetiorum liber incertus, aut I aut II (aut fortasse I, III initium). Fr. 375 *(o) sch. 1, 117. Eadem Apollodorus 3, 157 (3, 12, 6, 5—6) ita narrat, ut dubitari non possit, quin Aetiorum libellus, non locus e libro de fluviiis a scholiasta Apollonii laudatus sit⁷. — Fr. 317 *(o) sch. 4, 1613 6b. Hoc frustum in papyro PSI XI 1218 v. 23 (pap. ABC, C fr. 1, 23) lacunam explere nuper demonstravimus⁸. Scholium Theonis doctrinam profert, cf. schol. Nicand. Ther. 123.

Aetiorum liber III, libellus *de Acontio et Cydippa*. Fr. 276 *(o) sch. 1, 1019. Nunc in papyro legitur, Pf. fr. 9, 14⁹.

Aetiorum liber IV, libellus 16 (Dieg. V 33). Fr. 547 *(o) sch. 1, 955, 60c. Papyrus Mediolanensis locum Callimacheum a scho- liasta narratum libro libelloque reddidit¹⁰. — Libellus ultimus *de*

⁶ *a* Hercules; Deianira; Oeneus; Calydon, Cyathus; Architeles; pugnus; aqua pedibus, manibus destinata. *b* Euenus; centaurus Nessus. *c* = fr. 410 Τλλος; Δρυπια; Λιχας; δ εις βοῦς. *d* Thiodamas; bellum inferre; Hercules; discrimen; Deianira; armare, mamma; Hylas; ducere; latrocinium; desuescere. *e* Trachis; Thessalia; Oeta; Phocis. Iam hic notare velim omnia fere nomina, substantiva, adiectiva, verba, sermonis Callimachei propria a seris grammaticis, scholiastis, diegeseon, hypotheseon auctoribus ita commutata esse, ut eandem notionem alio nomine appellarent. Sat erit unum exemplum attulisse: sch. I. I. 110, 19 σωντυχόν apud ipsum poetam Pf. fr. 7, 5 ἀβόλησε legitur.

⁷ Et causa carbonum in flumine natantium profertur, et insulae Aeginae nomen antiquum Oenona; Asopus fulmine ictus a poeta etiam h. 4, 78 citatur (id est, Aetiorum libellus de Asopo prius scriptus est, quam hymnus in Delum). — Rectene W endel verba εἰς Αἴγινας τὴν πόλιν inter lacunas ab ipso signatas hoc transposuerit, affirmare non ausim. Non enim, si quae verba in unum enun- tiatum non quadrant, necessario alteri inserenda sunt.

⁸ Hermes 71, 1936, 472 sq.

⁹ Viri docti sermonem audimus, notis exceptum hypomnema factum, cod. P ελλήθαιεν γὰρ — — καλεῖν. τὰς μὲν — — καλοῦμεν. W endel in scholiis editis τῷ γὰρ — — φαμέν. Eadem fr. 376 (sch. 1, 760/2c ἐροῦμεν, φαμέν) videmus nec raro alibi.

¹⁰ Fragmento 547 etiam notiones *tōns*, *Cyzicus*, *Dolonia* dandae sunt. (v. ann. 6).

coma Berenices. Fr. 35c, bis laudatum: brevius (v. 1) sch. 1, 1321 3b, plenius (totum fr. 35c) sch. 2, 373, 6a. Hoc ultimum recta via e Callimachi libro oriundum, prius a seriore scholiasta quam brevissime scriptum.

2. *Hecala.* § 5. fr. 59; K. 145 (o) sch. 3, 1226. Librum Suidas laudavit. — § 7. fr. 125; K. 4 *(o) sch. 4, 972a. Et versus heroici continui et res de femina quadam, maiore natu videlicet, narratae multos impulerunt ut hos versus Hecalae impertirent, recte nostro quidem iudicio. — § 11. fr. 278; K. 64, 14; Pf. 34, 58 *(o) sch. 3, 1150. Versui locum papyrus restituit¹¹. — Fr. 275; K. 57 *(o) sch. 1, 1162. Versum Hecalae esse ex ipsis scholii verbis patet *de victo taurō loquentis*¹². Ipsi igitur hypomnematistae et eis, qui auscultabant, Hecalae carmen notissimum erat. — Carminis *locus incertus*. fr. 45; K. 101 *sch. 1, 1116. — fr. 49; K. 49; K. 44. sch. 1, 669¹³.

3. *De avibus.* 100c 1. sch. 1, 1049¹⁴.

4. *De Asiae fluminibus.* 100e 2. *sch. 1, 1165a¹⁵.

5. *Hymni.* h. 1, 4 (o) sch. 1, 509. Dictaei nomen h. 1, 4 legitur, mythus, quem schol. (ex Apollodoro) commemorat, v. 55. — H. 1, 26. (o) sch. 2, 1172¹⁶. — H. 1, 47 (o) sch. 3, 133, Theonis, cf. schol. Call. h. 1, 47. — H. 2, 92 (o) sch. 4, 1561c. Etiam hic (v. ad h. 1, 47) schol. Call. eadem brevissime profert. — H. 3, 41 (i) sch. 2, 1231, 41b. Recta via e Callimachi carmine. H. 3, 107—109. sch. 1, 996, 97¹⁷.

¹¹ περὶ scholii et παρὰ papyri levissimi momenti est. Scholium Theonis esse sch. Nicand. Ther. 295 monstrat.

¹² ὅπερ καὶ K. ἐπὶ τοῦ ταύρου ἡττηθέντος φησι.

¹³ Quae sequuntur διασκευάζει δὲ Ὁμηρικῶς τὴν γραῦν οὐτως cave ne cum versu Callimacheo coniungas: Apollonium spectant, qui v. 668 sq. nutricem describit.

¹⁴ K. ἐν τοῖς περὶ ὁρνέων. 1049 W, p. 92, 21 et 1050 p. 93, 7 lemmata eiusdem continui hypomnematis sunt. Librarius male segnis talia scholia demens fere decurtavit, Reitzenstein, Gesch. d. gr. Etym. 95.

¹⁵ Quod libri dant τόπος etc. tenendum, cf. quae sequuntur „re vera autem sepulcrum Briarei est“. Post τόπος quaedam excidisse videntur, velut „est etiam fluvius eiusdem nominis“.

¹⁶ Librarium scholiastae verba decurtavisse E. gen. monstrat, vide sch. Ap. Rh. 1. l. cum ann.

¹⁷ Potius versum memoriae lapsu secus laudatum crediderim, quam Callimachi librum haec habuisse. παγῆς merum mendum.

6. *Hypomnemata*. fr. 100h 3. *sch. 1, 1116. Callimachi verba non laudantur, sed narrantur.

B. Incertorum librorum frustula.

Pace Schneideri ceterorumque hic ea collocanda erant, quae certis testimoniis certo libro tribui non potuerunt. In frustulis enumerandis ordinem Schneideri sequimur. Praeter ultimum sepositum (364) omnia carminum sunt.

fr. 100e 3 *(o) sch. 2, 904, 10a. Unde descriptum esset, scholiasta non dixit. Unum „fluvii“ nomen non satis habeo, ut libro de fluviis tribuam. Quae narrantur (causa nominis et nomen mutatum) potius de Aetiorum libro similive carmine cogitare suadent¹⁸. — Fr. 126 (o) sch. 4, 1322¹⁹. De carminis libro locove nihil constat²⁰. — Fr. 167 (o) 1, 1008. Et M. versum pleniores servavit cum hypomnematistae scholio; sch. Ap. Rh. (Theon) recta via ex ipso carmine laudavit. Nihil mutandum erat²¹. — Fr. 211 *(o) sch. 1, 1243 48a (de pelle leonis). — Fr. 212 *(o) sch. 1, 1309. Versus totus ab Apollonio Callimachi honoris causa laudatur. Prius igitur scriptus est, quam Apollonii carminis alterum sane exemplar. — Fr. 213 (o) sch. 1, 185, 88b. Digressio, igitur versus plane incerti loci. Ideo Aetiorum I. IV libello 10 de Iunone Samia inserere non ausus sum. — Fr. 259 (i) sch. 4, 1174, 5b. Callimacho dat Steph. Byz. 4, 2 M (non 3, 20) et 82, 25. Macridiae paeninsulae nominis etymologia „obliquae rationis“ causa Epaphrodit est²². Versum frustula ita scribenda sunt:

οἱ μὲν Ἀβαντες — — καὶ Ἀμαντίνην φυισαν Ωρικήν²³.

fr. 277 *(o) sch. 1, 1353. Etymologia Theoniana „ex indole rerum“. — Fr. 376 *(o) sch. 1, 760, 62c. Callimachi verba narran-

¹⁸ Eodem etiam vox μέμνηται quadrat, cf. e. g. insequens fr. 126.

¹⁹ In alterius versus initio αὐλιν non erat mutandum (ut placuit Scaliger).

²⁰ Invocationis formula initium quoddam monstrat, aut orationis, aut totius carminis. Qui quis ubi haec dixerit, plane incertum.

²¹ ἐνδιοι scribendum, quod EM librarius in duo verba divisit. Et mergos et alcedines poetae commemorant, ut horam meridianam pingerent.

²² Μακριδίην, ίσως διὰ τὸ φυηχέναι: ἔκει τοὺς Εὖθοες, ή δὲ Εὖθοια Μακρίς ἐκάλειτο τὸ πρότερον.

²³ Si mavis κάμαντίνην, quod idem est. Prima pentametri pars meri spondei sunt. Mythi narrati fontes diligentissime examinavit Scheer, Lycophr. II p. XLVII sq.

tur, non ipse versus²⁴ laudatur. Optimae notae veteris hypomnematis partiunctula. Ipsum doctum grammaticum audimus (v. ann. 20), qui de novi temporis poetis loquitur, quos Homero opponit. Ideo Callimachum primum, tum demum Homerum laudat. — Fr. 404 *(o) sch. 2, 3/4a. Poetae verba brevi narrantur. Quae fortasse restituentur e notionibus *nymphae Meliae, Melia Oceani filia, appellari*. Parum erat unum solum nomen exscribere (Schneider). — Fr. 546 *(o) sch. 1, 1207b. Callimachi locus narratur tantum, ita tamen, ut videamus melius fuisse si Hecker nihil mutavisset. Ambas enim res poeta dixit, et Hylam iuvenem urnam tulisse, et tulisse, ut virgo urnam ferre solet²⁵. Igitur etiam fr. 546 plura nomina notionesque complectitur: *Hylas, iuvenis, fons, urna, ferre*²⁶, *virgo*. Theo, memoria fisus, ut saepe, hunc Callimachi locum commemoravit.

fr. 364 (o) sch. 2, 705 11b. Extra numerorum ordinem in fine collocavimus, nam non carminis est, sed libri prosa oratione scripti²⁷; cuius tamen, id adhuc pro certo dicere non audemus.

C. *Frustulum Callimacho reddendum*

sch. 4, 982, 921 esse videtur, nam „quidam Cyrenensium“ facile Callimachus esse potest: docti grammatici saepe „quosdam“ laudantes de uno solo loquuntur. In eodem scholio *d* Callimachi nomen legimus (alius rei geographae causa, quae tamen vicina loca tangit). Est nobis

fr. novum 15 (ζητητικός).

Totum scholium *I* e quodam (an Epaphrodit?) lexeon libro oriundum²⁸.

²⁴ — οἱ ποιηταὶ — — φασι· οὕτω γάρ καὶ K. — —

²⁵ ἀμφότερα libri, ἀμφορέα Hecker. Memento poetam saepe pulchritudinem puerorum paene adulorum subtilibus verbis laudavisse.

²⁶ βαστάζειν sine dubio scholiastae est, non Callimachi. Cum autem nemo fere verum nomen invenire posset, quo poeta usus est, hoc, ut cetera omnia, quae scholiasta mutavit, recipiendum esse putamus, quoad felix dies nobis ipsius Callimachi carmen (aut frustula saltem) redonabit.

²⁷ δράκαιναν δὲ αὐτήν φησιν εἶναι, θηγανικᾶς καλούμενην Δελφύναν, αὗτός ὁ K. Haec prosam orationem reddere videntur, non carmen.

²⁸ Φιλητᾶς — —. Κυρηναῖων δὲ τινες τὸν πλούσιον καὶ εὐδαιμονα δημητρίου καλοῦσιν. ἀμεινον δέ — —. Cf. fr. 183 δημητρίου ἔργον; P. Oxy. 2079 (prologus) v. 10 δημητρία Θεσμοφόρος.

Quae scholia in Apollonium Rhodium nos docent, eorum summa haec fere est. Magna ex parte primum hypomnema (in Apollonii libros) si non integrum, at in brevius sane redactum nobis praesto est; cetera scholia fere omnia ad huius generis librum recta via redeunt; quare non raro secundi a. C. saeculi doctrinae frusta pura puta in manibus tenemus. Non parva pars scholiorum, Callimachi versus laudantium, ad Theonem reduci potest. At imprimis virum doctum, qui Apollonii illustrandi causa Callimachum laudabat, ipsius Cyrenensis libros optime novisse locosque aut ex ipsis libris exscripsisse aut memoria fisum laudavisse pro certo affirmare possumus. Multos praeterea libros, non unum duosve, et carmina et libellos prosa oratione scriptos complectentes cum non sine fructu lectitavisset, exempla non solum e quovis primo libro, sed ex omnibus attulisse videmus. Quod res postulabat, id loci Apolloniani in usum undique laudabat. Quare eos versus, quorum locus certus nondum definiri potest, nullo modo uni primo Aetiorum libro vindicare possumus; nam vir doctus, sive Theo fuit sive (ut nobis videtur, raro) quidam alius, Epaphroditus e. g., cuius vestigia semel bisve agnoscuisse putamus, totum Callimachum novit. Haec versuum frustula et sermonis pedestris partiunculae e quovis libro oriunda esse possunt.

15. De scholiis in Aratum.

Scholia Aratea²⁹ non multa Callimachea tradunt, rara tamen. Quae partim ab Achille, partim a Theone astronomo, partim ab ignotis scholiastis incerto tempore volumini Arateo inserta sunt³⁰. Scholia Aratea cum ceteris in hoc libro examinatis componi non possunt, et quia fortuito ac rarissime Callimachum laudant, et quod plane extra seriem versantur, nam lexicorum Byzantinorum auctores eis nusquam usi sunt (Maas praef. p. LXVI).

²⁹ Commentariorum in Aratum reliquiae ed. Ernestus Maas. 1898. Quae in Prolegomenis exposuit, omnia accipi posse nec corrigenda esse putamus. Mirum tamen in indicibus quaedam fr. Callimachea non enotata esse.

³⁰ Vide Prolegomena; hic Maas nullum verbum de locis Callimacheis facit.

A. Certis libris

omnia fere vindicari possunt quae in scholiis Arateis leguntur.

1. *Aetia*. Liber IV, libellus ultimus de *coma Berenices*. fr. 34 *(o) sch. v. 144 (non 146) p. 363, 16³¹ et 575b (excerpta e catastērismis Vaticana). Comam Berenices esse Catullus testatur, 66, 7—8; Diegeseon papyrus dat Aetiis extremis (infra cap. VII et VIII). Unus solus testis scholiasta Arati hos duos versus laudavit, ut rem (stellarum nomen) illustraret.

—, liber incertus. fr. 111, 2—3; Pf. fr. 8, 33—34 (o) sch. v. 299 (non 294) p. 399, 10³². Locutionem ut explanaret, scholiasta et Hesiodi (op. 686) et Callimachi versus laudat. An Didymi copiis usus?

2. *Hecala*. § 8. fr. 47 (o) sch. v. 976 p. 524, 10. Hecalae dat Choeroboscus. Scholiasta causas fungorum profert Callimachoque hanc doctrinam non ita pridem innotuisse putat. Versus non integer, sed tamquam dilaceratus laudatur³³.

3. *Epigrammata*. ep. 27. Ubi cumque (quinquies nempe) laudatur, Arati vitam moresque respicit. p. 78, 22 mentio fit, ibidem 25 totum epigramma laudatur³⁴, 76, 9 (o) v. 2—3 citantur. Haec tria testimonia Achillis sunt, qui ea ex Asclepiade habet. Tum p. 89, 3 (Anonymus I) mentio fit, 151, 1 (Anonymus II, e Theone) duo ultima verba laudat³⁵.

4. *De ventis*. fr. 39 *(o) p. 68, 12—25. Liber restituitur ex Achillis verbis, qui Callimachum Aristotelis librum de ventis laudavisse dicit³⁶. Quae iam Bentley recte perspexit.

5. *Ad Praxiphanem*. fr. 100g *p. 78, 22 sq. Achilles libro laudato pauca narrat, quae Callimachus ibi de Arato scripsisset. Addendum (i) p. 149, 2, ubi Graecus liber pauca dat, Latinus Praxi-

³¹ Hos duos versus iam Paulus Maas scholia Aratea secutus recte legi iussit.

³² Καλλίμαχός πού φησι.

³³ ὁ Κ. ὥφεληθεις εἰπεν· εὗτ' ἀν ἀπὸ λύχνοιο δαιομένου ἄδην ἐγένοντο μόνητες

³⁴ σύγγονος ἀγρυπνίης fortasse non tam elegans, quam Ruhnkenii coniectura, ipsius tamen poetæ est, nam Anthologiae σύντονος monstrat Achillem vera servavisse. „Et subtilis es, mi Arate, et sedulus; haec ambo tibi innata sunt“.

³⁵ Is quoque σύγγονος ἀγρυπνίης

³⁶ — παρὰ Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ ἀνέμων (II p. 973 Aristot. pseudop. p. 622) καὶ παρὰ Κ—φ.

phanis nomen commemorat³⁷. Praeter scholia Aratea nullum testem hunc librum ad Praxiphanem laudantem habemus.

6. *Choliambus I.* 94; Pf. fr. 9, 118a—120 (o) p. 29, 18. Poetae enumerantur, qui de stellis scripserunt. Diog. Laert. et P. Oxy. 1011 libro Iambos inscribunt, alibi melius Choliambos scribi videmus.

B. *Incerti libri versus.*

fr. 35d *(o) p. 41, 22 (Achillis). Haec legimus: ὁ Κ. πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης ἐπὶ τοῦ πλοκάμου φησί, ὡς ἐξ ἀστέρων σύγκειται ἐπτὰ εὖ καταφανῶν³⁸. Ipsius Callimachi verba monstrant poetam de re iam nota loqui. Ideo hic versus in carmine de coma Berenices legi non potuit, ubi hoc nomen sideri primum datur. Quae Pfeiffer fr. 60, 7 dedit, a Catulli carmine 66, 81 sq. discrepant: si v. recte restitutus est, in vicinis versibus Berenices nomen non legitur, si non recte talis versus πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης (... noto illi..) nusquam occurrit. Non versus frustuli fata, quae nihil certi dant, sed ipsius versus verba, non res narrata, (quae multos decepit), sed narrandi modus hunc versum „comae Berenices“ abiudicandum esse monstrat. Num Callimachus post carmen in reginae crinis honorem nihil umquam scripsit? Evidem non credo.

C. *Testimonii*

inserenda sunt: p. XXVII 5 = Geminus c. 2. p. 768 Migne, testimonium de coma Berenices³⁹, 325, 11 et 326, 13 de Callimachi et Arati aetate, 326, 13 etiam de epigrammate 27⁴⁰.

³⁷ Aratus ἐγένετο δὲ σφόδρα πολυγράμματος ἄνήρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ Κ., — *factus est autem nimis multum litteratus vir, sicut testatur Callimachus adsistens ei ab infante propter Praxiphanem Mytileneum.*

³⁸ Quo libri V et M differunt, ipsam rem non mutant; id unum videmus — ea, quae olim legebantur, in brevius redacta esse.

³⁹ ὁ ὑστερὸν κατεστηρισμένος ὑπὸ Κ—ου Βερενίκης πλόκαμος haec verba librum aut carmen nullo modo describunt.

⁴⁰ p. 84, 12 versus non mutandus erat et sic scribendus

πανταχοῦ,

ὦ Ζεῦ πανόπτα

Meineke, Nauck (TGF adesp. 43), Maas ordinem verborum mutaverunt, Aristophanem secuti (Acharn. 345). At optime Meineke haec verba Euripi reddenda esse censuit.

16. De scholiis in Euripidem.

Haec quoque scholia⁴¹ non procul a docto hypomnematum libro, qualia Didymi volumina fuerunt, absunt. Quod cum aliunde, tum inde perspicere possumus, quod saepe loci a scholiasta Euripidis laudati nusquam alibi leguntur. Tamen multis in locis⁴² scholia misere in brevius redacta sunt, quam rem e. g. loci Callimachei testantur, non ipsius poetae verbis laudatis, sed narratis tantum. Doctos grammaticos, qui primos hypomnematum libros condiderunt, ut alios poetas, sic etiam Callimachum memoria fisos laudavisse aut certe ipsius libris usos esse par est. Quae laudantur haec sunt.

A. Frustula certis libris danda.

1. *Aetia*. Liber I. fr. 411. Libelli 2 magna digressio *de Argonautis* *(o) sch. Med. 1334. Callimachi verba narrantur tantum⁴³.
2. *Hecala*. § 2. fr. 567 (o) sch. Hipp. 11. Scholium rem a Callimacho narratam tangit, ipsius verba non citat. — § 8. fr. 378 (o) sch. Hipp. 979. Item. — Locus incertus. fr. 66f. *sch. Hipp. 33. Item.
3. *Epigrammata*. ep. 17, 1. sch. Med. 1. E quodam libro grammatico aut ex hypomnemate in Callimachi epigrammata.
4. *Tabulae*. fr. 100d 26; Schmidt II 1 B 23. *sch. Andr. 445. Hic quoque ipsius Callimachi verba non leguntur.
5. *Hymni*. h. 1, 47 sq. sch. Rhes. 342⁴⁴. — H. 3, 190 sq. sch. Hipp. 146. Res narratur⁴⁵. — H. 4, 112 sch. Tro. 214.

B. Incertorum librorum loci.

Hic unum tantum dicere possum omnes quinque locos e carminibus citatos esse. Sunt hi.

⁴¹ Scholia in Euripidem ed. E. Schwartz. I 1887, II 1891.

⁴² Gudeman RE II A 1 (1921) 662—672.

⁴³ Flor. ABC, A fr. 2 + B, PSI XI 1217, b, p. 132. "Αφυρτος δ' εθνησκεν προ certo haberi non potest, praesertim cum scholiasta Medeae tam expressis verbis rem a Callimacho narratam reddat; haec scholii verba, Apollonium cum Callimacho componentia, notissimum gravissimumque utriusque poetae locum librumque respiciunt.

⁴⁴ Causam non perspexi, cur Schwartz hunc locum spurium esse negavit.

⁴⁵ παρὰ δὲ Κ—ψ ἐν ὅμηρῳ ἡ ἴστορια.

*Fr. 225. sch. Hecub. 934. Orus ex Hecubae hypomnemate. — *Fr. 226. sch. Phoen. 134. — Fr. 422. sch. Hipp. 402 (hoc teste Schneider non usus est). Sic scribendum: ἀγγωτον μηδὲν ἔχομεν κα-
νόν. *Fr. 465 sch. Hecub. 472 (digressio). — *Fr. 558. sch. Rhes. 29⁴⁶.

17. De scholiis in Lycophronem.

Eduardi Scheer diligenti sollertiae librum debemus magnum sane, at bonae frugis plenum. Quare hic quaedam Callimachea melius leguntur quam apud Schneiderum. (Lycophronis Alexandra. rec. Ed. Scheer. vol. II scholia continens. Berolini 1908. Hoc volumen laudamus signo II non adscripto.)

A. Certorum librorum frustula.

1. *Aetia*. Liber I, libellus 2, magna digressio *de Argonautis*. Fr. 104 (o) sch. 1022, p. 316, 28⁴⁷. Rei narratae causa huic loco vindicandum⁴⁸. — *Locus incertus*. Fr. 13 d (o) sch. 1141, p. 335, 32; 336, 8⁴⁹.

—, liber II. fr. 172 (= fr. 22); Pf. fr. 50, 2. sch. 869 p. 281, 17 sq. („in Aetiorum libro II“). In libello *de oppido Zancle*, P. Oxy. 2080, 73. In Sextionis libro versus periit, seriorum libellariorum pigritiae causa; servavit Photius (EM 406, 51); mutilum Sextionem laudat Tzetzes. — Fr. 374 (o) sch. 208 p. 98, 8. Huc referendum propter fr. 171, quod Hunt P. Oxy. 2080, 119 inseruit.

⁴⁶ Hoc nominis aition potius in Aetiorum libro narrari potuit, cf. h. 5, 125, ubi poeta eadem paucis narrat. Callimachum mythos, ab ipso alibi expositos, citare solere constat, cf. e. g. h. 3, 161 et Aetiorum l. I, libellum de Thiodamante. Igitur hic locus non hypomnematum libro dandus est, ut Schneidero placuit.

⁴⁷ Narratum tantum, ut fr. 100c, 9 (sch. 513), fr. 172 (sch. 869). Ipsa verba a Strabone servata, 1, 46 et 5, 216, qui haec et cetera sua Callimachea aut libro ipsius poetae inspecto aut memoria fisus laudavit. Nam Callimachea eundem in modum affert, ut e. g. Theon et Plutarchus. Quae in ludo et gymnasio didicerat, ea occasione oblata laudat, ut quivis alias in gymnasio eruditus. E. g. si Strabo „in iambo quodam“ Callimachum fr. 75a (Pi. fr. 11) dixisse scribit 8, 354, talia memoriter laudat. (Secus R. Pfeiffer Kallimachosstudien 45 ann. 1 „stammt auch nicht unmittelbar aus K.“)

⁴⁸ Similiter Pfeiffer, Kallimachosstudien 46 sq., qui tunc temporis scire non potuit haec in primo libro narrata esse, ut PSI XI 1217 nuper nos edocuit.

⁴⁹ Librum laudat sch. Horn. II. 13, 66, ubi eadem narrantur. Callimachi verba restitui non possunt. Virginum nomina (Periboeae et Cleopatrae) fortasse etiam a Callimacho commemorabantur.

*fr. 194. sch. 717 p. 233, 16. Locus ignotus, liber certus⁵⁰. Iam Scheer notavit hunc locum a seris libellariis depravatum esse⁵¹. Quamquam versus corruptus est, Phaleri nomen tamen non mutandum est, nam idem etiam Lycophro laudat. Versum heroicum exeuntem et pentametri initium habemus: τὴν + κεινοῦ + Φάληρος πρᾶξιν ἀπεπλάσατο.

—, *liber incertus*. Pf. fr. 46. sch. 570 p. 198, 10 et sch. 580 p. 200, 18. Fabula de Anii filiabus in digressione commemorata esse videtur⁵². — Fr. 373 (o) sch. 139 p. 66, 15⁵³.

2. *Hecala*. § 1, digressio. fr. 66; K 72 (o) sch. 494 p. 179, 5 et 12, et sch. 1322 p. 372, 7. Cum rei narratae causa, tum propter Suidam (citandi modus ab Heckero investigatus) Hecalae dandum. — § 11. fr. 234; K 85 (o) sch. 635 p. 212, 33. Theon recta via. Propter rem narratam Hecalae tribuitur.

3. *De avibus*. fr. 100c 9. sch. 513 p. 186, 6. Ad Theonem redit⁵⁴, qui tamen Callimachi verba non laudat; quae Suidas K 2372 servavit. Desunt apud Schneiderum.

4. *Sosibii victoria*. fr. 69 p. 219; Pf. fr. 60, 27. *sch. 522 p. 188, 27. Schneider nec testem novit nec versum.

5. *Hymni*. H. 3, 70 (o) sch. 342, Vol. I p. 32. Theonis⁵⁵. — H. 3, 171. sch. 576 p. 199, 5. Libro laudato, Theonis⁵⁶. — H. 3, 231 (o) sch. 1303 p. 368, 8. „Sextionis“, corruptum, Scheer ad 1. p. LIV

⁵⁰ K. ἐν β' Αἰτίων cf. etiam fr. 25.

⁵¹ vol. II p. XXIII et ann. 1.

⁵² μέμνηται δὲ καὶ K. τῶν Ἀγλοῦ θυγατέρων ἐν τοῖς Αἴτιοις. Quae sch. de Anio in arca nato narrat, merus mythus est (conte de fée, Märchen, fairy tale). recordare si placet Danaen, Tennem, alios. Cf. Wiener Studien LIV (1936) 143 sq.

⁵³ Collatis SF et Diegeseon papyro hoc fr. Aetiis vindicandum est, nam „aetii“ argumentum narrat. Desideramus poetae verba, quae respondeant notio-nibus *mos*, *cithara*, *sal*, *ambire*, *cantare*, *celebrare*.

⁵⁴ Theonis (id est, e Theonis hypomnemate exscripta) ea scholii pars est, ubi et Callimachus et Euphorio laudantur ipsorum libris inspectis.

⁵⁵ Hymnus μορφύσσεται, sch. Lyc. μορφάσσεται. Hoc alpha ypsilonis loco merus lapsus calami.

⁵⁶ Cuius verba a sero libellario breviora reddita sunt, ut Asopi nominis genitivus monstrat. Theonis quoque sch. Call. h. 3, 171 primum Ἰωνός — πληγῆς, alterum ἡ ὅτι — λαθραῖς ex Epaphroditu hypomnemate suspicor esse, obliquae etymologiae rationis causa.

(ad 367, 31)⁵⁷. — H. 3, 259 (o) sch. 1180 p. 341, 14. — H. 4, 7. sch. 275 p. 118, 23. Libro laudato, Theonis. — H. 4, 102 (o) sch. 590 (re vera ad 591) p. 202, 20. Et Callimachus et Antimachus laudati Theonem produnt.

B. Callimachi fragmenta incertae sedis.

fr. 180 (o) sch. 771 p. 244, 29. Hic fons unus est, ad Theonem rediens ipsa poetae verba laudantem. Photius (E. gen., Scheer) et Tzetzes hoc idem scholium, sive Theonis sive Sextionis, usurpaverunt. — *Fr. 202 (o) sch. 46 p. 35, 17 et 738, 26. Seri scholiastae fons (Theon) bis eadem scidola usus est⁵⁸. — *Fr. 203 (o) sch. 409 p. 152, 4, ubi nihil mutandum censeo⁵⁹, αἰδὲ βοοκρήμνοι παρ' ἄγκυλον ἔχοντος Ἀραιθου.

*Fr. 204 (o) sch. p. 205, 1 Versus ita legitur: δάμφει + καθνῶδει + τόργος ἔκοπτε νέκυν⁶⁰.

Fr. 205 (o) sch. 607, p. 206, 15. E. gen. ope versus melius legi potest: καὶ κριμὸν κυκεῶνος ἀποστάξαντος ἔραξε⁶¹.

⁵⁷ H. I. I. 'Αχαιδες, sch. Lyc. 'Αχαιῶν. Scholiasta aut memoriae lapsu Callimachi versum non recte laudavit, aut primo hymnorum exemplari usus est, quod ipse poeta postea mutavit, ut hic hymni versus melior fieret, nam nominis 'Αχαιῶν syntaxis ambigua est, quia aut cum verbo νῆσος aut cum verbo ἄστεα coniungi potest.

⁵⁸ Verborum ordo mutatus nihil refert; si Theo Callimachi verba non memoriter laudavit, sed scidolam ante oculos habebat, enuntiatum, quod Lycophronis versum cum Callimacheo coniungebat, ut volebat, fingere potuit. Nos nunc idem facimus. Scholiis Lycophroneis accedit sch. Hom. Od. 10, 2, iisdem fere verbis eadem testans. Plura dat sch. Dion. Per. 461 et 476, ubi eadem commorantur, quae hunc versum praecedebant: Siciliae antiquum nomen Erythra (antiqua nomina Callimachus citare amat), Neptunus, qui ense aut tridente paeninsulam insulam fecit. Ideo ad fr. 202 notiones *Erythra*, *Sicilia*, *Neptunus*, *terire*, *prius*, *paeninsula* desiderantur.

⁵⁹ Quod Bentley mutavit, vile videtur et ipsius verbis refutatur „omnes fere fluvii capite taurino fingebantur“ eqs. Non enim veri simile est Callimachum epithetum cyclici poetae usurpavisse, nec Tzetzae verba ita mutanda sunt, ut tale nomen adiectivum eveniat. Scheer βοοκρήμνοι legit („praeceps“? inter „altas“ ripas fluens?); fortasse βοοκρήμνοι (rufus, ut boves sunt, i. e. luti plenus).

⁶⁰ καθνῶδει Hemsterhusius, καθνάδει S⁴, κωκνάδει S³S⁶. ἔκοπτε non mutandum. Quid tempora imperfectum et aoristus sibi velint, Graeci et nunc norunt et semper neverunt.

⁶¹ Quae post Callimachi versum sequuntur verba ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν γῆν versus Callimachei ultimum adverbium illustrant; quia sermonem docti viri redundat, ipsius Theonis et ideo eius hypomnematis in Callimachum esse dixerim.

*Fr. 206 (o) sch. 941 p. 303, 25. Fortasse scribendum
τόφρα δ' ἀνισούση (11.-σα) βοσσὸν λέφον ἔγρετο Τιτώ.

fr. 207 (o) sch. 153 p. 71, 25 (duo ultima nomina versus) et 1225 p. 351, 13 (totus versus laudatur). Soli testes. Etiam *Cereris* nomen a Callimacho laudatum esse suspicamur⁶². — Fr. 221 (o) sch. 617 p. 209, 17. Theonis⁶³. Hoc fr. *Neptuni* nomine augendum est quod potius praecedebat versum quam sequebatur⁶⁴. In scholiis Lycophroneis Callimachi versus periit; unus Didymus servavit, schol. Aeschyl. Eum. 27. — Fr. 253 (o) sch. 545 p. 193, 26. Theonis⁶⁵. Hoc testimonium addendum eis, quae Schneider iam collegit. Fr. ita scribendum, ut in Lycophroneis legitur, οὐκάδι τῇ γλώσσῃ⁶⁶. — Fr. 269 *(o) sch. 351 p. 136, 16⁶⁷. Versus heroici pars est, non choliambi, ut Schneider putabat: —υυ— υ αἱ νῆες ἀλιβδύσουσι υ—υ⁶⁸. Fr. 270 *(o) sch. 647 (ad 646, p. 215, 5). — Fr. 335 *(o) sch. 1316

⁶² sch. 153 K. Ἐρινὺν καλεῖ τὴν Δήμητρα λέγων Ἐρινῦ Τιλφωσαιγ; sch. 1225 Ἐρινὺς Δημήτηρ τιμᾶται ὡς καὶ K. (sequitur integer versus).

⁶³ Nam de Calauria Neptuno data eadem legimus etiam sch. Ap. Rh. 3, 1242/43b, ubi Philostephanus testis adhibetur, tum An. Ox. I p. 370, 25 in epimerismis Homericis (de Calauriae orthographia) Apoll. Rh., Call., Dion. Per. laudantur, quos omnes Theoni optime notos fuisse constat.

⁶⁴ sch. Aesch. Eum. 27 Πυθῶν πρῶην Ποσειδῶνος, ὑπὲρ ηὗ Καλαύρειαν ἐδέξατο. sch. Lycophr. 617 Ποσειδῶν ἐν Δελφοῖς σύτῳ τιμᾶται, ἐπει ημείφαντο πρὸς ἀλλήλους ὁ μὲν Ἀπόλλων Δελφούς, ὁ δὲ Ποσειδῶν Καλαύριαν μάρτυς τούτου καὶ K.

⁶⁵ Iisdem fere verbis idem Callimachi locus laudatur sch. Nicand. Al. 185.

⁶⁶ Haec „lectio difficilior“ praferenda esse videtur. Dativus revera instrumentalis est.

⁶⁷ EM 63, 13 ἀλιβδύειν τὸ καταδύειν εἰς θάλασσαν μεταφορικῶς δὲ τὸ κρύπτειν καὶ ἀφανίζειν παρὰ τὴν ἀλα καὶ τὸ βδύειν, αἰσκαῷ πλεονασμῷ τοῦ β, ὡς σίδη αἴβη, ἀλιδύειν ἀλιβδύειν. Δυκόφρων (versus 351). Etymologia Theonis est. EM locus notionem transitivam illustrat, ut est apud Lycophronem. Scholia contra, quae Lycophronis versui adscripta sunt (codicis s et Tzetzae, qui idem iterum narrat), notionem intransitivam respicunt. Menda ithacistica scholium foede depravaverunt. Nec ipsum Tzetzam omnia recte scripsisse suspicamur; audivit sane *alibdise* et recte explicavit „ali dise“; quae addidit de vocali i, alterum i (upsilon) respi- ciunt, non primum; ultimum *alidise* sine cruce scribi potest (ἀλι θῦσαι). Ut saepe, incuriam Tzetzae videmus. Callimachi versus notionis intransitivae causa laudatus est.

⁶⁸ ἀλιβδύσουσι υ—υ eosdem numeros ostendit atque duo nomina „gravia“ (Fraenkel), e. g. Ποσειδάωνι ἄνακτι.

p. 371, 1. Ut saepe, etiam hic versus excidit. Serus libellarius unum τὸν κάπρον reliquit. Genetivus etiam Callimachi vocem eadem forma scriptum esse monstrat. Fuit igitur ἐρράσω. — Fr. 513 (o) sch. 817 p. 257, 1. Theonis etymologia⁶⁹. — Fr. 526 *(o) sch. 249 p. 111, 18. Haec verba nunc melius leguntur: νομὸν δ' ηεδεῖ *Ἀρηός. — Fr. 563b *sch. 42 p. 33, 18. Ipsius Callimachi verba non laudantur, sed narrantur tantum; e Tzetzae scholio Callimachi verba restituere non ausim. — Pf. fr. 43 (o) sch. 678 p. 223, 12. — Pf. fr. 44 (o) sch. 1319 p. 371, 28. — Pf. fr. 45 (o) sch. 1353 p. 37 7, 31.

Haec omnia ad Theonem redeunt, qui cum Callimachum, sibi optime notum, memoriter laudavisset, loci sine libro laudati certo loco reddi non possunt nisi rei narratae causa.

C. *Frustulum tollendum.*

fr. 100e 6 iure sustulit Wendel, sch. 1424 p. 387, 23.

18. De scholiis in Pindarum.

A. B. Drachmann vir illustrissimus tam bene scholia Pindarica curavit⁷⁰, ut nullus veterum scriptorum locus sine nomine laudaretur; fragmenta „ignota ignotorum“ plane desunt. Scholia, quae ad nos pervenerunt, magna ex parte ad Didymi hypomnema Pindaricum redire inter omnes constat⁷¹. Callimachi frustula, quamvis pauca cum libri nomine laudentur, permagna tamen ex parte certis libris tribui possunt. Quod felix Fortuna praebuit, novis papyrorum et fragmentis et voluminibus nobis redonatis. Locos Callimacheos sic singulis libris adscribi posse putamus.

⁶⁹ Rei narratae causa hoc fr. fortasse cum PSI XI 1218 fr. a 5 (Flor. ABC C fr. 1) coniungi potuerit, si quidem Callimachus idem nomen bis in locis vicinis citavit, in ipso fr. a v. 5 et quosdam centum versus prius, ubi fr. 513 legebatur. Nam cum res narrata talem collocationem suadet, tum doctum grammaticum primum versum, ubi vox „messaba“ occurrebat, non alterum, laudavisse veri simile est.

⁷⁰ Scholia vetera in Pindari carmina. Rec. A. B. Drachmann, vol. I Scholia in Olympionicas. Lipsiae 1903. vol. II sch. in Pythionicas. 1910. vol. III sch. in Nemeonicas et Isthmionicas. Epimetrum. Indices. 1927.

⁷¹ Gudeman RE II A 1 (1921) 647—652.

A. Certorum librorum frustula.

1. *Aetia. Prologus*, v. 36. fr. 382 (o) sch. Ol. 4, 11c⁷². Libro locoque reddidit papyrus.

L. I, libellus 1 *de Gratiis*, v. 7—8. fr. 121 *(o) sch. Nem. 4, 10a. Item. — Libellus 2 *de Thiodamante* (post excursum de Argonautis). fr. 136 (Pf. fr. 7, 20) *(o) sch. Nem. 5, 25b⁷³. Item. — Fr. 120 (Pf. fr. 7 post 37) *(o) sch. Nem. 3, 42c⁷⁴. *Liber II*, libellus *de Zancle*, P. Oxy. 2080, 48. fr. 361, bis laudatum, (o) sch. Ol. 2, 29d⁷⁵ et ib. (o) 2, 70g⁷⁶. — Libellus *de Phalaride*, fr. 119 *(o) sch. P. 1, 185, cf. fr. 25 et 194 (supra, § 17. A 1). Cum rei narratae causa fr. 25, 119, 194 arctissime inter se cohaereant, praeter 25 et 194, quae II libri sunt, etiam 119 huc referendum est.

Liber III, libellus incertus⁷⁷. fr. 108 (o) sch. Nem. 10, 1c.

Aetiorum liber incertus. Fr. 138; Pf. fr. 3, 10 et 13 (o) sch. Nem. 2, 1d⁷⁸. — fr. 372, P. Oxy. 1362, 23 sq. *(o) sch. P. 3, 166. Scholium locum Callimacheum narrat, non citat.

⁷² Pindarus Callimacho opponitur, ut eiusdem iuris poeta; versum pentametrum praecedit vox acerrime demonstrativa οἵτως. Pindari scholio, quod sua recta via e Callimachi libro habet, nihil commune cum Choerobosco, dict. in Theod. 267, 27 H, qui eundem versum propter rarum nomen „Triglochin“ citavit.

⁷³ Verba, quae versus Callimacheos sequuntur, ipsius hypomnematistae sunt, Pindarum illustrantis. Quem Theonem non fuisse ipsa res monstrat: sch. a Apollonium laudat, non Callimachum; sch. b contra unum Callimachum. Hos Theo, qui ambos optime novit, una laudavisset. Vox ἀλλως duo diversa hypomnemata hic excerpta esse testatur. Schol. b „bono“ tempori dandum est; Didymone, — pro certo non ausim asseverare.

⁷⁴ Hypomnematistam non modo Pindarum, sed etiam Callimachum interpretari videmus, nam ultimis verbis τούτοις τὰ πάραθλα alterum Callimachi versum explanavit (in collegio, ubi discipuli hoc hypomnema Pindaricum exceperunt).

⁷⁵ Didymi hypomnema narratur: ὁ δὲ Δ. ἐκτίθεται; Callimachi versus mutulus.

⁷⁶ Totus versus servatus. „Schol. Pind. Ol. 2, 70“, quod Schneider et in fr. 361 et in indice fontium scripsit, corrigendum est: lege Ol. 2, 16.

⁷⁷ Callimachus iuxta Homerum citatur. Tertio Aetiorum libro dedit E. gen. ἀποκυδῆς, ex Artemidoro. „Magnae“ digressionis initium est, Digressionsstil p. 19 ann. 25.

⁷⁸ Cum Eustathius similia dicat eodem Callimachi versu laudato (Drachmann in „similibus“), hunc locum Callimacheum e Theonis libro quodam etymologias illustrante exscriptum dixerim. Scholiastam non duos continuos versus laudavisse papyrus monstravit. Versus 11 et 12 (fr. Pl.) digressionem esse inde facile conieceris.

Aetiorum liber IV, libellus 10 *de Iunone Samia*. fr. 213 (o) sch. Ol. 6, 149f. Propter rem narratam huc inserendum videtur⁷⁹.

2. *Carmen nuptiale in honorem Arsinoae et Philadelphi*⁸⁰ fr. 196. *sch. Nem. 2, 1a⁸¹.

3. *Hecala*. Locus incertus⁸². fr. 48; K 104. *sch. Nem. 1, 3.

4. *Iambi*. II, prima verba (Dieg. VII 25). fr. 99 (o) sch. Ol. 10, 55c⁸³. —, IV. fr. 80 *sch. Ol. 7, 156c⁸⁴. Callimachi locus („in iam-bis“) narratur tantum.

—, iambus incertus. fr. 77; Pf. fr. 29. (o) sch. Isthm. 2, 9b⁸⁵.

5. *Tabulae*. fr. 100d 16 (22 Schmidt, qui fr. recte huic libro reddidit) *(o) sch. Pyth. 2 inser. Callimachi locus narratur solum.

6. *Sosobii victoria*. fr. 122; Pf. fr. 60, 38—39. *(o) sch. Nem. 10, 64a. Libro reddidit papyrus.

7. *Hymni*. H. 1, 6 (i) sch. Ol. 5, 42a. Poetae verba narrantur dumtaxat. — H. 1, 26. sch. Ol. 6, 145c. — H. 1, 46. sch. Ol. 5, 42b. (Verba narrata). — H. 1, 95 (o) sch. Pyth. 5, 1a et (o) Ol. 2, 96f⁸⁶. — H. 2, 74. (o) sch. Pyth. 5, 99a⁸⁷. — H. 2, 88 (o) sch. Pyth. 4,

⁷⁹ Nam hic excursus (Digressionsstil p. 22) propter rem narratam facile cum eis coniungi potest, quae mythus de Iunone Samia, *virgine*, narrat.

⁸⁰ Herter RE Suppl. V 407 § 4. Respice, si placet, etiam ann. 81.

⁸¹ Primum carminis versum esse scholium testatur. Quicumque poetae Cyrenensis libros tam amoenos diligens perlegit imaginibusque variis et coloribus adeo lucentibus per omnia carmina dispersis delectatus est, hic hospitem quandam a poeta sive invitari sive appellari sive alioqui vocari non mirabitur.

⁸² Hanc digressionem ut apto loco insererem, mihi non contigit.

⁸³ Libro et loco (v. 1) reddidit papyrus. In sch. Ol. 10, 55c idem hypomnema duos locos laudat, fr. 99 et fr. 198.

⁸⁴ Sch.: K. ἐν τοῖς Τάμβοις. Iam videmus doctum virum, qui hypomnema, huius scholii fontem, olim scripsit, bene et caute Iambos unum librum esse, alium Choliambos et novisse et sic scidolae suae inscripsisse.

⁸⁵ Hos duos versus numerorum causa (nam meri iambi sunt) hic inserendos esse placuit. Certum locum eis assignare non possumus.

⁸⁶ Eundem Didymum hic bis eadem protulisse videmus, eadem scidola usum, ni fallimur. Nam de virtute et divitiis scholium in utroque loco verba facit et in utroque loco Sappho laudata Callimachum sequitur.

⁸⁷ Aut hypomnematistam festinavisse aut serum libellarium hunc quoque locum in brevissimum redegisse putamus, nihil enim restat, nisi *Laconia* poetae verbo *Sparta* illustrat.

523⁸⁸. — H. 2, 91 (o) sch. Pyth. 9, 45⁸⁹. — H. 4, 105 (o) sch. Pyth. 4, 246a⁹⁰.

8. *Choliambi*. I, Pf. fr. 9, 128. fr. 91 (o) sch. Pyth. 3, 62b⁹¹.

B. *Incertorum librorum loci.*

Fr. 112 (o) sch. Pyth. 4, 459c. — Fr. 188 (o) sch. Pyth. 10, 49. — Fr. 193 (o) sch. Ol. 8, 21 c. — Fr. 195 *(o) sch. Nem. 9, 123b⁹². — Fr. 197 *(o) sch. Ol. 4, 32a⁹³. — Fr. 198 *(o) sch. Ol. 10, 55c. — Fr. 263 *(o) sch. Ol. 13, 27a⁹⁴. — Fr. 264 *(o) sch. Pyth. 4, 107a. — Fr. 265 *(o) sch. Pyth. 4, 377. — Fr. 266 (o) sch. Pyth. 5, 31⁹⁵. — Fr. 468 (o) sch. Pyth. 5, 39⁹⁶ et 44b. — Fr. 541 *(o) sch. Ol. 10, 18b⁹⁷.

Scholia Pindarica bonae notae esse facile videmus. Inter tot locos Callimacheos unus tantum sine poetae nomine laudatur. Didymum necnon alios, qui Lagidarum tempore hypomnemata in Callimachum scripserunt, multo saepius, (ubique fere dixerim)

⁸⁸ Hymnum et scholium uno πηγῆς (hymnorū II. sine iota muto) et πηγαῖσι (sch.) discrepare nullius momenti censemus, nam seris temporibus talia facile neglegi potuerunt.

⁸⁹ Didymum (aut aliud fortasse) memoria deceptum voculam „hic“ immutavisse putaverim (χιχι = ἔνθα).

⁹⁰ Hic quoque ipsum virum doctum (Didymum sive aliud) loquentem audimus φημι δέ τὰ Τέμπη suaque verba Callimachi loco illustrantem.

⁹¹ Iam ab Heckero optime Choliambis vindicatum; nunc libro locoque reddidit papyrus.

⁹² Hesiodus una cum Callimacho laudatur. Quare hunc locum Didymo adscribendum putaverim, quippe qui non raro Hesiodi versibus ad illustrandos poetarum locos usus sit.

⁹³ Scholium seris temporibus misere decurtatum esse videmus. Nunc unum Clymeni nomen Pindarum cum Callimacho coniungit. v. ann. 87.

⁹⁴ Scholiasta Didymi hypomnema narrat: Διδυμος δέ φησι.

⁹⁵ ὀνόμασεν οὖτως et Ἀφροδίτης κῆπον idem dicunt mutatis verbis. Alterum igitur accipiendo, alterum refutandum. Ambo in eodem libro scripta erant, neutrum tamen punctis sublatum, ut fieri debebat. χαρίτων λόφον unum commune est Pindari scholio cum Callimachi versu. Cetera perierunt. Cf. ann. 87 et 93.

⁹⁶ Ipse Callimachi versus periit. μαρτυρήσει viri docti vivam vocem testatur. Iisdem fere verbis scholium v. 44b Callimachi versum laudat nondum emendatum.

⁹⁷ Verba scholii Εενόκριτον τὸν Δοκρόν, quae Callimachi versum praecedunt, ipsius poetae sunt, non tamen laudata, sed narrata. Callimachus fortasse casum nominativum adhibuit. Totum fr. 541 igitur scribendum (Εενόκριτος ὁ Δοκρός) ḥε (ώς emendaverim) Ἰταλὴν ἐφράσατ' ἀρμονίην.

quam nunc pro certo demonstrare possumus, scholiorum fundamen-
tum fontemque esse putaverim. Hos viros doctos Callimachum
tamquam familiarem habuisse eiusque verba versusve aut ex ipsius
libris exscripsisse aut memoria fisos laudavisse pro certo dicere
possumus. Rectissima igitur via in scholia Pindarica pervenerunt.
Multos hos libros fuisse index noster monstrat, ubi non solum notos
illos hymnos Aetiorumque libros, sed etiam adeo raros alios of-
fendimus, qui nobis saltem nuperrime e papyris innotuerunt nec
omnes in Suidae indice, male ceterum habito, inveniuntur. Permul-
tos versus sola Pindari scholia nobis servaverunt. Iam Schneidero
haec scholia merito placuerunt, cum non raro duos et etiam tres
versus laudarent. Cum eis scholiorum libris composita, quae Theo-
nem fontem primarium prae se ferunt, Pindari scholia se aliud
genus esse confitentur. Etymologiae rarae sunt; imprimis res et
nomina explanantur; at primum indoles tota secus se habet. Scho-
lia, eorum poetarum carminibus adscripta, quos Alexandrinos no-
minamus, hypommematistae, id est Theoni, Callimachum familiaris-
simum esse monstrant; eius versus facillime, sine ullo labore lau-
dantur. Viri docti autem, qui Pindarum interpretati sunt, Didymus
et ceteri, multo rarius Callimachi locis utuntur eosque rite lau-
dant ut ita dicam, non ex ipso corde, ut Theon. Tum eis non
omnes libri Callimachei noti fuisse videntur, nec eos tam diligenter
lectitaverunt; nullum enim versum e quarto Aetiorum libro laudant,
ut Theo pluries fecit, at contra sat multos ex ipso primo. Etiam
alibi facile primum quemque librum deprehendimus, choliamborum,
carminis nuptialis in Arsinoae honorem; de iambis parum constat.
Attamen hypommematistam diligentem fuisse sat magnus librorum
laudatorum numerus monstrat. Etiam aliud in scholiis Pindaricis
videmus — inter hypommatis exemplar et primum „scholiorum“
librum editum virum doctum (fortasse ludi magistrum) exitisse,
qui, cum plura hypommata in unum congereret, non exscripsit
ea, sed in brevius redigens enarravit. Seriorum temporum⁹⁸ lib-

⁹⁸ Quae tempora non tam sera fuisse papyrus Mediolanensis demonstravit.
Notulae marginibus inscriptae etiam inde ab altero p. Chr. saeculo in papyris
apparuerunt. Non tamen huius nostri libri est, horum primorum scholiorum
marginalium fata rationesque indagare; hic non pauca latent, quae toti nostrae
philologiae, scholarum ludorumque fatis multum lucis afferre possunt, — si qui-
dem no solum libri chartaeque, sed vivi homines, qui hos libros considerunt aut
scripserunt aut iis utebantur, nobis cordi sunt.

rarios materiem antiquorum scholiorum, p[ro]parvulo ingenio nimis divitem, et cum prudentia et sine prudentia in brevius contraxisse satis iam inter omnes constat.

19. De scholiis in Sophoclem.

Inter eos, qui olim hypomnemata in Sophoclis fabulas condiderunt, Didymus nobis multo melius notus est quam ceteri. Eius volumina Sophoclea, seris temporibus excerpta, scholiorum, quae ad nos pervenerunt, fundamentum esse videntur. At cum Salustius ultimum hypomnematis exemplar multo serius ederet, quam e. g. volumina hypomnematum Pindaricorum edita sunt, non pauca scholia, quae antiquorum poetarum versibus Sophoclem illustrabant, librariorum incuria iam perierant. Ideo scholia, quae multo plura praebere potuissent (vide scholia Pindarica, ab eodem Didymo oriunda), tam pauca Callimachea nobis servaverunt⁹⁹. Haec sunt.

A. Certorum librorum frustula.

1. *Aetia*. Liber I, libellus 2, magna digressio *de Argonautis*. fr. 529; Pf. fr. 4, 10 *(o) sch. Ant. 1036. Libro inseruit Lobel, Hermes 70, 35.

Liber II extremus¹⁰⁰. fr. 21 *sch. OC 258.

Liber III, libellus *de Acontio et Cydippa*. fr. 26. sch. Ant. 80. Librum scholium commemorat; huius libelli locum esse inter omnes constat. — Fr. 210; Pf. fr. 9, 3 *sch. Ant. 629¹⁰¹.

2. *Hecala*. § 1. fr. 124; K 137 (o) sch. OC 314. Duo versus continui, corrupti tamen, nusquam nisi hic servati sunt. Rei narratae causa Hecalae dandos esse nunc inter omnes constat¹⁰². — § 9 (avium colloquium) fr. 141; K 61 *(o) sch. OR 919.

⁹⁹ Gudeman RE II A 1 656 sq. — Scholia in Sophoclis tragedias vetera. Edidit P. Papageorgius. Lipsiae 1888. Cum Arati et Lycophronis ditissimis voluminibus, cum optimae notae libris, quos Drachmann, Schwartz, Wendel ediderunt, Papageorgii scholia Sophoclea componi non possunt.

¹⁰⁰ ὁ Κυρηναῖος — — ἐν τῷ τέλετ τοῦ β' τῶν Αἰτίων. Propter „Cyrenensis“ nomen hic locus potius Salustio quam Didymo dandus esse videtur.

¹⁰¹ ἀρσένι pap., ἀβτίκα sch. Didymus aut memoria deceptus adverbium citavit, aut primo Aetiorum exemplari usus est, non tali, quale P. Oxy. 1011 nobis servavit. Utut est, „mas“ verbum aptius esse videtur, quam „statim“.

¹⁰² Primi versus primum nomen „aestus“ tertio versui dandum esse videtur.

3. *Iambi.* IX, 1, Dieg. IX 32. fr. 83c (i) sch. OC 1621. Vero loco restituit papyrus.

4. *Carmen in Magam et Berenicam.* fr. 209; Pf. fr. 60, 18. *sch. Ant. 264. Librum locumque restituit papyrus¹⁰³.

B. *Frustula certis libris nondum vindicata.*

fr. 123. sch. OC 489 (solus locus, ubi totum distichum legitur). Apollodorus Callimachum laudat (in libro XVII), Didymus Apollodorum. — Fr. 142. sch. Aeant. 26. Homerus iuxta Callimachum. Vivam vocem antiqui hypomnematistae audimus. Didymi? Suidas totum fere fr. in suum volumen transtulit, K 1052. — Fr. 207 obiter commemorari videtur sch. Ant. 126, a Salustio, ni fallimur¹⁰⁴. — Fr. 272. *sch. OC 3. Nulla causa mutandi; scribendum igitur

ὑπειρ ἀλα κεῖνος ἐνάσθη,

Ἄλκαθόου τις ἀπυσος

Fortasse ex Aristophane Byzantio¹⁰⁵. — Fr. 273. sch. OC 510¹⁰⁶. Suidas sua (Δ 340) e Salustii hypomnemate excerpit. Unus igitur fons hoc scholium est. Heckeri felix conjectura de Hecalae frustulis a Suida solo servatis hic adhiberi non potest. Rei narratae causa versum libenter Hecalae § 8 inseruisse (Theseus cum anicula colloquitur, infra cap. VIII § 28). — Fr. 274. *sch. Trach. 7. Ex Aristophane Byzantio? (cf. ann. 105). Hoc quoque frustum Hecalae § 8 insererem, si versus fata sinerent. — Fr. 431 (o) sch. Trach. 308. — Fr. novum 16 addendum esse putamus. In scholio Ant. 711 quamquam solum Callimachi nomen iniqua tempora fugit, ex eis, quae scholiasta dicit Solonis et Callimachi versibus allatis (alter periit), verba Callimachea quondam restitutum iri speramus.

¹⁰³ Tres scholii partes habemus: melius et vetustius p. 231, 14—20, alterum ib. v. 20—24, eadem fere aliis brevioribusque dicens, tertium v. 25 sq. serorum temporum, nam „Romani“ re vera Rhomaei (Byzantini) sunt, „Graecorum“ vero nomen id significat, quod novae fidei religionique Christianae se opponebat.

¹⁰⁴ Plusquamperfectum ἔγεγόντει hic idem fere significat, atque simplex praeteritum; seniorum igitur temporum est.

¹⁰⁵ Gudeman RE II A 1 659. Duo versus hexametri aut ex incerto quodam libro, aut ex Heca laudati. Huius frustuli fata nihil tamen praebent, quin talis origo pro certo demonstrari possit.

¹⁰⁶ Versus (altera pars est) eosdem in modos numerosque cadit atque h. 4,
212 τί μητέρα κοῦρε βαρύνεις;

Desideratur versus, qui has fere notiones expressit: *modestia, senescere, semper, discere.*

Quaenam frustula Didymus ceterique veteres hypomnematistae laudaverint, quae Salustius aliqui ignoti senioris saeculi, dispicere nusquam fere possumus. Unum mirum esse videtur, — Salustum, qui non modo Aetia Hecalamque, sed etiam alia Callimachi carmina edenda curavit hypomnematumque volumina iis addidit, tam parcum fuisse in Callimachi versibus laudandis, praesertim cum sermo Sophocleus non longe absit a communi sermone Graecorum¹⁰⁷. Fortasse Salustii ingenium non tam dives fuit ut prioris temporis doctorum grammaticorum, fortasse praeterea hypomnemata Sophoclea prius edebat, quam volumina Callimachea.

20. De scholiis in Theocritum.

Novus scholiorum Theocriteorum liber Wendelianus¹⁰⁸, quem bonae frugis plenus commentarius secutus est¹⁰⁹, cum non pauca nobis melius praebuit, tum rationes, quae inter Theocritum eiusque scholiastas intercederent, e tenebris, ubi diu latebant, omnes fere luci reddidit. Theonis partes in Callimacho laudando ubique fere clare dispici possunt. Curae Schneiderianae non tam raro emendari potuerunt.

A. Certorum librorum loci.

1. *Aetia. Prologus.* fr. 542. P. Oxy. 2079, 34 *(o) sch. 4, 16a. Locum obscurorum saeculorum iniquitate corruptum restituit papyrus.

—, *Liber incertus.* fr. 109; Pf. fr. 8, 12 (i) sch. 1, 27a¹¹⁰. Poetae dedit Athenaeus (v. supra § 8), nunc versus in papyro legitur.

¹⁰⁷ L. Radermacher, Sophokles Aias, Einleitung.

¹⁰⁸ Scholia in Theocritum vetera rec. Carolus Wendel. Adiecta sunt scholia in Technopaegnia scripta. Lipsiae 1914.

¹⁰⁹ Carl Wendel, Überlieferung und Entstehung der Theokrit-Scholien. Berlin 1921. (Abh. d. K. Ges. d. Wiss. zu Goettingen, phil.-hist. Kl. NF Bd. XVII, 2). Ad hanc paragraphum librum sic laudamus: Wendel p. x.

¹¹⁰ Hoc totum sch. a Theoni dandum, nam ambas etymologias „ex indole rerum“ proponit: κατάβιον — κατάσ, tum παρά τό κεχύσθαι cum notissima illa pathologia. Id unum tamen quaesiverim, quis primus „a verbo“ quod vulgo dicitur futurum tempus inseruerit. In verbis poetarum laudandis Hesiodi versum et Callimachi nomen excidisse iam Schneider 2, 377 bene observavit.

2. *Epigrammata*. ep. 29, 1—2. (o) sch. 2, 150/153b¹¹¹. — Ep. 46, 1. 3 (o) sch. 11, 1/3b¹¹².

3. *Liber de rebus selectis(?)*¹¹³. Schneider II p. 283, XXI. *sch. 2, 120a. Callimachus de Bacchi corona e malis facta deque huius coronae „causa“ narrabat. Cuius argumenti totus liber fuerit, nescimus.

4. *De avibus*. fr. 100c 7. sch. 1, 136. Huic libro rei narratae causa datum, recte, ut videtur. Theo ipsum Callimachi librum inspexit; Wendel p. 136 sq. negat Theonis esse.

5. *Hymni*. h. 2, 6 (o) sch. 11, 12. Homeri et Callimachi versus laudantur¹¹⁴. — H. 2, 40 sq. (o) sch. 4, 16a. Libellarius parum diligens versum mendosum reddidisse videtur.

6. *Choliambi*. I. fr. 86; Pf. fr. 10, 5, nunc P. Oxy. 1011 fol. II versum, Iamborum v. 9 + 1363 v. 5¹¹⁵.

B. Incertorum librorum frustula.

fr. 100c 8 (o) sch. 2, 17. Quidam rem a Callimacho tractatam narrat, ipsius verbis non laudatis. — Schneider hunc locum libro de avibus inseruit (II p. 290 sq.). At cetera fragmenta¹¹⁶ aut nomina synonyma tractant (1. 2. 4—7. 12. 16) aut historiam naturalem (2.

¹¹¹ Hoc scholium in tres partes a b c dividi non debebat, nam unum et integrum est. Primum scholium (a) versus Callimachei sequuntur, exempli causa laudati, quos alterum scholium sequitur, hos ipsos versus spectans, non Theonitum. Totum scholium Theonis hypomnematis partiunculam dixerim, ἀπὸ φωνῆς exceptam. Theonem res illustravisse Wendel optime demonstravit.

¹¹² Wendel p. 89, 1; 97 Theonis esse putat; recte, mea quidem sententia. Nota versus 1 et 3 solos laudatos esse sine versus 2 digressione.

¹¹³ περὶ λογίδων.

¹¹⁴ Imperativus aoristi aut lapsus memoriae Theonis testatur, aut Callimachum hymnorum librum retractavisse et hic illic versus paululum mutavisse (ut e. g. in Aetiorum libris). In hymno 2, 6 uteque imperativus idem significare videtur — rem semel faciendam. At tenerimos colores nos, seri aevi philologi (qui antiquos poetas amamus, non tamen eos in latinis graecisque carminibus scribendis aequiperare possumus) non semper recte dispicere possumus.

¹¹⁵ Edgarus Lobel in epistula privatim impressa et aestate a. 1934 Callimachi amicis comiter missa, cf. P. Maas Gnomon 10, 1934, 439. Infra § 29.

¹¹⁶ Liber de avibus inscriptus est fragmentis 1—5; 9; 16. Frustula 7; 12—15 rei narratae causa libro apte inserta esse videntur, fr. 10 et 11 autem removenda sunt, nam non modo Callimachi verba non narrant, sed contra, doctum Cyrenensem glossas ibi citatas nunquam explanavisse testantur.

3.) aut res grammaticas (5. 6. 7. 9.), nullum mythos. Cum igitur fr. 100c 8 sine libri nomine traditum sit et mythum narret, *causam* nempe, cur Iynx ab aemula Iunone in avem mutata sit, hunc locum libro de avibus demendum et potius, rei narratae causa, Aetiorum libris vindicandum putamus¹¹⁷. — Fr. 176 (o) sch. 4, 28a. — Fr. 235 *(o) sch. 6, 39a. Diligentis doctrinae causa Theonem agnoscimus¹¹⁸. — Fr. 332 *(o) sch. 7, 60a. Pace Caroli Wendel hunc locum Callimacheum esse puto nec ea mutanda, quae in codicibus leguntur. Cuiusdam grammatici verba video, a sero libellario misere decurta. Ut in fr. 543, exemplum patrii sermonis Callimachi habemus, de quo hypomnematista verba faciebat. — Fr. 365 *sch. 13, 56a et b. Idem Theonis hypomnematis locus bis a diversis hypomnematum editoribus narratus est. In hoc Callimachi carminis loco praeter notiones a Schneidero notatas has desideramus: *Scythurum arcus, docere*¹¹⁹. — Fr. 366 *sch. 4, 62/63d. Huius loci exemplar Wendel rerum narratarum causa p. 44 et 91 recte Theoni tribuit. Litteris maioribus scriptum fuit¹²⁰, non tamen bene a sero libellario distinctis, ideoque graviter corruptum. Versus, funditus aliter scribendus atque Schneider temptavit, nondum totus restitui potuit¹²¹. — Fr. 381. *sch. 13, 25/28a. Scholiastae verba non mutanda esse videntur. Ipsius Calli-

¹¹⁷ Callimachus in libro de rebus selectis et in hypomnematum libro semel (nec pluries), fr. 100h 4 mythos narravit; at ibi de „causis“ tam aperte non loquitur.

¹¹⁸ ἐπιπτύσσει nequaquam mutandum. Respuendi verbum notum usum mulierum nimis religiosarum depingit, nam respuendi gestus vim quandam magicam habere putabatur (et nostro quoque tempore putatur), non tamen feminae simulacrum deae (aut ipsarum sinum) sputo inquinant. Totus versus digressio est; recte igitur Schneider primi nominis formam nominativam (non vocativam, ut aliis placuit) agnovit.

¹¹⁹ Fortasse etiam *Maeotarum* nomen. Theocritum verbo Μαιωτιοῖς, quod in Callimachi carmine audiverat, amici honoris causa usum esse facile possis conicere.

¹²⁰ „Buchschrift“, W. Schubart, Griechische Paläographie p. 16; 97 sq.; alibi. (Iw. Müllers Handbuch, I Bd., IV Abt., I Hälfte, München 1925.)

¹²¹ Theo Callimachi versum citavit, qui eadem de Panibus Satyrisque narrabat, quae Battus Corydoni dicit, cf. sch. I. I. lemmata a et b et in locis similibus. Haec latent in versus Callimachei initio. Cum in solius archetypi Vaticani codicibus (UEG) versus legeretur, imprimis librum G secuti sumus, qui proxime ad vetustum exemplar accedit (cf. stemma, Wendel praef. p. XX). In extremo versu duo verba leguntur, quorum ultimum ubique (UEG) aoristi activi infiniti-

machi verba laudata esse putamus e quodam libro oriunda, prosa oratione scripto: φησὶ Κ. ὅτι τῆς βασιλίσσης τῶν Ἀμαζόνων ἡσαν θυγατέρες αἱ Πλειάδες, αἱ Πελειάδες προσηγορεύθησαν. πρῶτον δ' αὗται χορέαν καὶ παννυχίδα συνεστήσαντο παρθενεύουσαι. Eundem sermonem parcum et dilucidum audimus, quem in fr. 556 legere possumus. Theon ipsius Callimachi libro inspecto quaedam etiam ex Apollodoro addidit¹²². — Fr. 412. sch. 7, 103a. Theonis¹²³. — Fr. 498. *sch. 8, 86a. Wendel sic legit:

θήκατο + μη εις +
αἷμα πιεῖν μύταλον

Locum crucibus signatum ut emendaremus, nobis non contigit. Fortasse totum ex quodam lexico, Wendel 150. — Fr. 512. *sch. 8, 30a. Meo quidem iudicio Theo rectissima via ex ipso Callimachi libro. — Fr. 530. *sch. 7, 70c. In Callimachi versu, libris testibus, nihil mutandum: ἐπὶ τρύγα δὲ εἰχεν ἐδώδηγν. („praeterea, ut vesceretur, mustum habebat“). — Fr. 556. *2, 11/12c. Theon ex ipsius Callimachi libro, quem nominare non ausim, haec exscripsit (Κ. κατὰ λέξιν ὡδέ φησιν): τῇ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς τεκνοῖ Ἐκάτην, διὰ φέρουσαν ἵσχυν καὶ μεγέθει τῶν θεῶν. Quae sequuntur, narravit tantum: ἦν—ζήτησιν, quare haec desideramus: *inferi, mitti, pater, Proserpina, requirere.* Tertia pars¹²⁴ καὶ νῦν—χθονίᾳ Apollodori esse videtur. — Pf. fr. 46. *sch. 7, 155/156c. Quae post Callimachi versum addita sunt, poetam ibidem de *Triptolemo* narravisse testantur. Ideo hoc nomen desiderandis addendum est.

vus est, paenultimum 3. pers. sing. G secuti praesens agnoscimus, omnibus litteris scriptum, id est sine elisione. Versum dactylicum igitur legimus. Ithacismi mendis correctis haec recuperavimus:

— υ υ — υ υ εἰτ' οἵφει τι μιαρωρον τι ἐρήμωα,
ἢ δύναται εἰπεῖνται

Totum digressionis altera pars est; prima, quae *Panes Satyrosque salaces* commemorabat, aut periiit aut a Theone non citata est.

¹²² Wendel p. 94 sq. Theonem Apollodori copiis usum esse patet.

¹²³ Non solum doctrinæ causa (Wendel p. 91; 123), sed etiam propter scholii indeolem: totum sch. a integra Theonis hypomnematis pars est, duo lemmata complexa, τὸν μοι Πάνην et Ὁμόλη. Quorum alterum iam poetae locutionem interpretatur, non citat, ut in vivo sermone facile fit.

¹²⁴ οἰστι addi non debebat.

C. Fragmentum tollendum

100h 5 p. 356 est. Sic recte Wendel.

Omnis loci scholiastam et doctum et diligentem fuisse nec magno temporis spatio a Theocriti Callimachique aetate separatum esse monstrant. Cum autem scholiasta totum fere Callimachum eiusque tot et tam diversos libros laudaverit, eos versus, quorum origo non aliunde nota est, certo cuidam libro vindicare non possumus nisi rei narratae causa. Quem scholiastam (hypomnematistam potius) Theonem fuisse putamus, doctum grammaticum, cui omnes Callimachi libri optime noti erant.

VI.

21. De Suidae lexico.

Quattuor ditissima volumina, ab Ada Adler felicissime edita¹, quaestionem de Hecalae carmine recuperando novis subsidiis instaurari et iubent et adiuvant.

Permulta sane, quae in his voluminibus leguntur, ab ipsis viris doctis, qui opus considerunt, eorumque libellariis non ex antiquioribus lexicis, sed e grammaticorum libris excerpta sunt. Quare etiam in frustulis Callimacheis examinandis nobis querendum erit, quinam loci Callimachei e grammaticorum libris, Callimachum laudantibus, oriundi sint et quos Suidas² e libris Callimacheis recta via mutuatus sit. Et primum quidem haec „altera manus“ secernenda erit.

a. Obliqua via citata frustula.

Quae Suidas ab aliis accepit, ea non ipso volente, sed fortuito in lexici volumina pervenerunt. Ideo nihil de libris, qui Suidae ipsi praesto fuissent, testari possunt. Pars horum locorum, obliqua via laudatorum, aliis testibus iuvantibus, agnosci potest. De ceteris nihil

¹ Suidae lexicon, edidit Ada Adler. I 1928, II 1931, III 1933, IV 1935. Teubner, Lipsiae.

² Suidam dicimus, ne multa. Nam complures id opus confecisse iam inter omnes constat.

certi affirmare possumus. Laudandi modus (exempla exscripsimus) hos locos non a Suida laudatos esse monstrat³.

A. Certorum librorum frustula.

1. *De barbarorum moribus*. 100 b *Φ 121. Obliqua oratio „alteram manum“ prodit. Lucramur notiones: *pisces sole durati, Calaber, immolare*.

2. *Hecala*. § 2. fr. 311. E 1506 et ideo E 139 e grammatici libro. „Atheniensium dialectus“, Ioann. Philop. ton. par. 37, 12, Hecalae hoc frustulum tribui sinit. — M 863, fr. 144 K 51 propter rem narratam hic inserendum esse videtur. E lexeon libro (κείται παρὰ K-ψ). E poetae verbis a docto grammatico narratis recuperamus notiones *tu, deplorare, mori* (e Didymo?). — § 6 fr. 216, K 18. I 550, Φ 623. Hi duo loci e scholiis in Aristophanem oriundi nihil de libro testantur, Hecalae vindicat A 636 (v. infra). — § 7. fr. 41 K 1. E 345. E lexeon libro. Res narrata Hecalae vindicat. — § 8. fr. 428, 1 K 40, 1 K 1960. Item. — *Incerti loci*. Fr. 66 g K 87. K 2240, e schol. Aristoph. (Didymus?). — fr. 350 K 90, M 177. Obliqua oratio. Ob rem narratam Hecalae tributa.

3. *Epigrammata*. fr. 71. Σ 441 ex Aeliano; ep. 2, 2—5 Δ 309 e lexeon libro (fortasse Didymi, nam inter alios Hesiodus laudatur); ep. 25, 5—6 Y 108. Obliqua via.

4. *De avibus*. 100c 9. K 2372. Ipsa Callimachi verba in quodam lexeon libro laudantur: κρέξ ὅρνεον δυσοιώνιστον γαμοῦσιγ, ὁσù πάνυ τὸ βύγχος καὶ πριωνῶδες ἔχον.

5. *Hymni*. h. 4, 305 obiter commemoratur Ω 71, e lexeon libro.

6. *Choliambi*. I, 1 fr. 92. Pf. fr. 9, 92. O 768 e schol. Aristoph. (Didymus?). — *Incerti loci* (fortasse non e choliambis, sed e iambo 9, ob rem narratam) fr. 84 Pf. 20, II 2939, e libro grammatico.

Haec omnia mere fortuito in Suidae voluminibus leguntur.

B. Incertorum librorum loci.

Α 495 fr. 338 e lexeon libro. — 3072 fr. 340 K 115, item. — 4208 fr. 427, item. — Δ 340 fr. 273 K 150 e scholiis in Sophoclem (Salustii?). De Hecala minime constat. — E 786 fr. 310 K 59, e

³ Sat erit talia exempla citavisse: ως καὶ K.; ὡς θηλοῖ K.; παρὰ δὲ K.—ψ; K. ἐπὶ τῆς λεοντείας δοράς (fr. 142); K. οὖτοι πως; μέμνηται δὲ καὶ K.

scholiis in Aristophanem (Didymi?). De libro nihil constat. — K 1052 fr. 142 e schol. Soph. — 2113 fr. 307. In versu nihil mutandum⁴. — 2647 fr. 279. Didymus memoriter Callimachi versum laudat⁵. — Λ 149 fr. an. 42, K 88. De Hecala minime constat. — M 863 fr. 144 K 51. — Π 3 (i) fr. 222 ex Aeliano. Callimacho dat Eustathius. — 2040 fr. 227 e scholiis in Aristophanem⁶. — 3074 fr. 182 ex Epaphroditii lexicon libro (etymologia obliqua). Ibidis primum versum esse dixerim.

b.

Omnibus ceteris locis, qui Callimachi versus nobis servaverunt (indices infra invenies) examinatis quaedam indagari posse perspeximus, quae fortasse officinam aut eius partem saltem, — artem dico modumque, quo docti viri Byzantini lexicon suum conscripserunt — relevare possunt. Nam loci, ubi Callimachi verba leguntur, facile in tria genera describi possunt. Quorum primum tale est. Callimachi verba (lemma dicimus) scholium sequitur; huic denuo lemma cum scholio additum est, quamquam haec altera pars ad vocem, litterarum ordini insertam⁷, non plus pertinet. Unum exemplum exscribere sat erit. Γ 187 γεργέριμον τὴν ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθεῖσαν ἐλαῖαν πίτυριν⁸ τε καὶ ἦν ἀπεθήκατο λευκήν τουτέστιν τὴν συνθλασθεῖσαν ἐλάιαν εἰν ἀλιν ὑγχεσθαι φινοπωρίδα τὴν κολυμβάδα λέγει. Hoc merum hypomnema est. E libro, ubi unum nomen notatum erat, libellarius non solum hoc nomen (quod etiam lemma unius vocis erat) cum scholio excrispit, sed etiam insequentia, quae hic nullo modo necessaria erant nec exscribi debebant. Tam ampliae hypomnematum partes non multae dumtaxat occurunt, saepius unum lemma cum uno scholio legitur, e. g. K 2679 κύματος ἄκρον ἀωτὸν ὁ ἀφρός. Non raro lemma unam solam vocem exhibet, e. g. Δ 946 διερήν διηγρον.

Alterum genus multo saepius legi potest (omnium trium frequentissimum est, nam duas fere partes efficit). Non tamen hac de

⁴ lege τι, non τε.

⁵ lege νόθοι.

⁶ Participium κόψας non mutandum.

⁷ „Stichwort“.

⁸ γεργέριμον addere non necessarium erat, nam Athenaeus monstrat haec tria lemmata continua esse.

causa, sed ut hypomnematis naturam melius cognoscere possimus, duo exempla, unum ab altero paulum differentia, exhibebimus. Primum tale est. T 641 τινθαλέοισι χλιαροῖς, θερμοῖς. τινθαλέοισι κατικμήναιντο λοετροῖς, χλιαροῖς, θερμοῖς. καθυγρανθείησαν. Scribam videmus (nostris temporibus „redactorem“ dicimus) vocem, cuius causa locus Callimacheus afferebatur, cum scholio e continente hypomnemate excerptisse et in initio posuisse, tum totum lemma cum toto scholio addidisse, qua de causa scholii verba iterum leguntur⁹. Alterum paulo secius scriptum est.

Δ 207 λαίφη θηλυκῶς ή χλανίς. διερήν ἀπεσείσατο λαίφην. Primum quidem videmus vocem cum scholio excerptam post lemma iterum (suo loco) non scriptam esse (libellarius aut diligentior videlicet fuit aut si placet segnior, ne bis idem scriberet), tum autem nomen, quod hypomnematista interpretari voluit, non eadem forma scribi, qua in versu legitur, sed ea, quam nominativum vocamus. Pristinum hypomnema hunc igitur in modum restituere possumus: διερήν ἀπεσείσατο λαίφην λαίφη θηλυκῶς ή χλανίς. Nobis autem non tam hypomnema in pristinam formam restituendum est, quam hoc constituendum: scholiastam eam vocem, quam explicare volebat, post lemma nominativa forma iterum scripsisse. Scholia autem, hunc in modum scripta, etiam aliunde nota sunt, et multa quidem.

Tertium genus id est, ubi exempla in brevius redacta videmus, cum scriba a) aut merum lemma exscripsisset, b) aut scholium sine vero lemmate (id est sine versus parte non mutata) —:

a) I 712 καὶ Ἀλεῖος ὁ Ζευς.

b) A 4686 Ἀχερουσία ἔστι λίμνη ἐν Αἴδου, ην διαπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες, ὅπερ δινάκη λέγεται, τῷ πορθμεῖ διδόντες (scholium generis IIb est, supra Δ 207, sed omissi versus causa totum generi III vindicandum).

Praeterea huic generi III nonnullis in locis parvas voculas inseruit¹⁰. Eadem fere de poetae nomine dicenda sunt et de eis, quae libro laudando inscribi solent. Hecalae liber, quo Suidam diligenter usum esse inter omnes constat, adeo parce laudatur (v.

⁹ Ultimum verbum καθυγρανθείησαν novum scholium est, vocem κατικμήναιντο illustrans; hoc mera incuria libellarii perperam additum est; talia saepe apud Suidam occurunt.

¹⁰ Saepe καὶ, ut supra, rarius δέ.

infra § d), poetae nomen multo saepius scriptum est, tamen sine ulla lege. Id unum videmus — Callimachi nomen in prioribus partibus frequentius, in ultimis rarius adscriptum esse.

Quibus omnibus perpensis ita fere Suidae libellarium opus navassis putamus. Callimachi libros, hypomnemata nempe, non ipsius poetae sola carmina („textum“ nunc dicimus), is, qui lexico constituendo praefuit, eum in modum signis quibusdam (lineolis dixerim, non semper diligenter appictis, nam non raro plura exscripta sunt, quam necesse erat) enotavit, ut librarius omnia lemmata, quibus opus erat, facile discernere posset. Tum haec omnia secundum litterarum ordinem antistichicum¹¹, qui iam in volumine conscribendo paratus erat, exscribebantur. Huius magni lexici materiam e multis fontibus compositam esse Ada Adler doc-tissime demonstravit¹². Cum igitur volumen tamquam opus musicum conficeretur, loci Callimachei hic primi adscribebantur, illic post cetera exempla, iam operi inserta. Quare libellarius, cum vocem quandam iam uno altero exemplo illustratam videret, hic illic non totum scholii Callimachei locum exscribendum putavit, sed partem tantum, quam necessariam esse rebatur. Ita evenit, ut pluries aut lemma Callimacheum non exsiceret, aut scholium iam scriptae voci illustrandae accommodaret.

At quamquam nonnullis in locis, praesertim autem in poetae nomine omissa scribam segnitatis arguere possumus¹³, tamen etiam multa libellarii diligentiae exempla statuimus. Imprimis tum, cum eiusdem versus plures voces explicandas magna cum industria singulis litteris adscriberet, ut e. g. Γ 155 γέντα τὰ μέλη, γέντα βοός μέλδοντες, Κ-ος et M 471 μέλδοντες τήκοντες, ἔψοντες γέντα βοῶν μέλδοντες τουτέστιν ἔψοντες. Talia nidos appellare placuit.

Haec si recte observavimus, ad iudicia de versibus Callimacheis a Suida adhibitis certius definienda haec tria lucramur.

¹¹ Ita scribendum opinor, non „antistoechicus“, nam Romani ea, quae audiabant, non ea, quae oculis legebant, et pronuntiare et scribere solebant (Pire-nides undae, non Pei-), praesertim seris temporibus, ut hac in Byzantina voce.

¹² RE IV A 1 675 sq., tum in Suidae lexici praeafatione.

¹³ Cum ipsi liber Callimachi semper in manibus esset, ipse igitur optime locos laudatos Callimacheos esse sciret, facile fieri potuit, ut etiam omnibus ceteris id ipsum notum esse putaret. Quae non tam raro etiam nobis (aut omnibus aut multis sane) accidere possunt.

1. Nomen poetae aut scholio additum aut saepe omissum res mere fortuita est; multa exempla, in Suidae lexico sine nomine laudata, alibi, et saepe quidem ex eodem hypomnemate exscripta, cum Callimachi nomine ad nos pervenerunt. Benigna igitur Minerva A. Hecker olim multa versuum frustula Callimacho vindicavit. Id unum addere audemus: ea tantum, quae ex hypomnemate in Hecalam scripto oriunda esse demonstrari possunt, Hecalae vindicanda sunt; Hecker alienas lexeon partiunculas non semper distinxisse videtur.

2. Omnia poetae verba, non versus versuumque partes tantum, quae non in nominativa forma laudantur, hypomnematis lemmata sunt; quae autem hunc ipsum nominativum ostendunt, optimo iure scholii primum verbum, id est, non secus atque vera lemmata, hypomnematis partes integrae putari possunt. Sint igitur hae voces nominativis, prioris aetatis lexeon librorum vocibus, similes, non tamen inde oriundae sunt (exceptis eis, quas propter totius enuntiationem syntacticam lexeon libris dandas esse monstravimus).

3. Quamquam hic illic lemmata aut integrum versum aut etiam plures comprehendunt, tamen totiens cum extremo versu initium insequentis laudatur, aut maior versus pars, atque ad vocem illustrandam necessarium erat, ut nullo modo scribam ex uno libro (sive e libri margine) scholium, versum autem ex alio libro (aut e media pagina) exscripsisse veri simile sit.

c.

Quomodo Suidae scriba Callimachi hypomnematum libris usus esset, iam vidimus. At quae carmina aut quorum carminum libri ei praesto fuisse, tam bene perspicere non possumus. Hoc tamen a limine negandum est illi viro docto Byzantino solum Hecalae librum praesto fuisse. Nam hae certorum librorum partiunculae a Suida

¹² Hypomnematis scholium deprehendimus, nam duas partes dispicimus: 1) hoc dictum aut oraculi Delphici aut Solonis esse 2) secundum alios hoc Chilonem dixisse. Quamquam Callimachus haec non ipse invenit, sed proverbium notum laudat, totum hunc locum potius Callimachi epigrammatum scholio, quam proverbiorum libro vindicaverim. Tamen fatendum est hunc unum esse epigrammatum Callimacheorum locum, qui apud Suidam laudatur. At ne obliviscamur Suidae proverbia praecipue cordi fuisse. Si recte vidimus, haec Archibii libro vindicari possunt.

praeter Hecalam laudantur. Epigr. 1, 16: T 522¹⁴. — Hymn. 1, 25: K 1646 e Theonis hypomnemate in hymnum¹⁵; 1, 66: E 3131, cf. sch. ad l. l.; 2, 45: Θ 490, sed schol. l. l. plenius est; 2, 62; E 204¹⁶; 3, 49: M 1378, Theonis¹⁷; 3, 134: Θ 597 cf. schol. l. l.; 3, 174: T 228¹⁸; 3, 178: T 1168¹⁹; 6, 67: AI 142²⁰; 6, 86: A 1592²¹; 6, 111: M 676²².

Praeter hos hymnos unumque epigrammatis locum duos primos iamborum versus videmus A 1155: iamb. 2, 1 fr. 99²³ et M 1293; iamb. 9, 1 fr. 83c²⁴. Duas res commemoratu dignas hic enucleari posse mihi persuasi, unam — Callimachi iambos sero quoque tempore (quinto ni fallimur saeculo Domini) et lectitatos et scholiis instructos esse (quae tamen non marginalia, sed hypomnematis librum fuisse certum est), alteram — Suidae libellarium aut temporum angustiis pressum aut segnitati indulgentem unum primum versum nec plures e libello, quem in manibus tenebat, magno suo volumini intulisse.

¹⁴ Vide pag. 397.

¹⁵ sch. Nic. Ther. 27 Theonis esse testatur.

¹⁶ Cum optime in hymni versum quadret, non video, cur cum Ada Adler ignoto Hecalae versui adscribamus.

¹⁷ Eadem in sch. l. l., tum sch. Lycophr. 272, sch. Nicand. Alex. 50. Theo non solum etymologias proferebat, sed etiam e diversarum disciplinarum libris poetas suos illustrabat.

¹⁸ τέθμια, νόμιμα. Cum brevius sit, quam sch. l. l., Salustio hoc scholium deberi suspicamur.

¹⁹ Etiam sch. l. l. Τομ —, non Στομ — habet.

²⁰ In versum 67, non 78, ut apud Adler. Non liquet, utri potius ascribatur, Epaphroditus an Theoni, nam ambo mythis ad explicandas etymologias utebantur.

²¹ Hic et Udalricum Wilamowitz verum restituisse vedi mus, et fr. 339 tollendum. Reitzenstein Gesch. 25 hunc locum conclamatissimum fuisse monstravit.

²² Suid l. l. app. 111 legendum, non 112.

²³ Suidae libellarius, primi versus primum lemma laudans, ne scholium quidem addidit.

²⁴ Salustii est, nam Sophoclis versum laudat. Etiam ultimam partem de Sirenarum pennis, quibus Musae coronabantur, seri temporis esse suspicamur, nam e mythis Byzantinis hae Sirenes in Russorum mythos pervenerunt. Reminiscere, si placet, avium illarum „Sirin et Alcanost“. At quae ratio inter Musas et Sirenum pennas intercedat, videant Byzantinorum mythorum periti.

d.

Qui restant loci Callimachei aut Hecalae sunt sive huic libro vindicantur, aut nulli certo libro adhuc inseri potuerunt²⁵. Fragmenta, quae nullam dubitationem movent, nam cum Hecalae nomine laudantur, haec sunt. A 3981: fr. 44, K 42²⁶; E 1990: fr. 131, K 70²⁷; I 343: fr. 42, K 64, 13²⁸; K 2260: fr. 66b, K 2²⁹; M 1430: fr. 46, K 138; N 98: fr. 49, K 44³⁰; Σ 981: fr. 59, K 145³¹; ib. 1694: fr. 49, K 44³².

e.

Heckeri felix conjectura pro portione multis testimoniis nuper in lucem prolatis probata est³³. Recte igitur Ida Kapp talia frustula,

²⁵ E tot locis Callimacheis, qui in Suidae voluminibus laudantur, unus minusculus non Callimacheus est: N 613 νέος ὑγρά. χαλεπή, φησιν. E Platonis hypomnemate est, Critiam illustrante (112a). Qui liber periisse videtur. Quo in loco corrigendo Ada Adler mihi assentitur, ut comiter per litteras mecum communicavit.

²⁶ οὕτω ποι libellarius addidit una cum poetae nomine.

²⁷ περὶ Ἐκάλης θανούσης libellarius addidit.

²⁸ Unum λιμαῖον lemma efficit; ξεμια iam scholium est. οἱ δὲ τὸ μυλωθρικόν alterius scholiastae sunt. Tertius, qui hoc narravit, Salustius est. ξύρει perperam a festinante libellario additum. Unde lemmata in Salustii exemplari non secus ac in ceteris hypommematum libris (papyraceis) scripta esse accipimus, non quodammodo elata, ut nos facere solemus, distantibus aut crassioribus litteris usi.

²⁹ Καὶ libellarii est; nam non scripsit, sed omisit primam scholii partem „vicini, qui in vico habitant“.

³⁰ Duo continua lemmata cum scholiis exscripta sunt. Tertium, quod postea laudatur et, ut Suidae lemma, in ipso initio scriptum est, ναι μὰ τὸν, (66d, K 45) in carmine iam antea dictum esse (καὶ Ἐκάλη εἰπε) apertum est. E toto scholio sequitur longa continua lemmata non Hecalae, sed alterius verba esse. — Animadverte, si placet, marginem codicis M, ubi voci σῦφαρ plenius scholium adscriptum est. Scholiastam, qui Sophronis mimos et Lycophronem laudat, Theonem esse non dubitamus.

³¹ Verum lemma Callimacheum σταδιός χιτών est.

³² Alterum scholium (minoribus litteris excussum) eandem vocem illustrare videmus. Etymologia Epaphroditum prodit (σῦφαρ παρὰ τὴν λεπίδα), ὅτι Salustum. Σ 1694 et N 98 eiusdem nidi sunt.

³³ e. g. 288, anon. 40; 59 in tabula Vindobonensi, cf. Kapp p. 6, 13.

apud unum Suidam servata, Hecalae reddidit. Novis artis criticae subsidiis usa Ada Adler hanc fragmentorum seriem aliquantum amplificare potuit. Omnibus frustulis remotis, quae etiam alibi inveniuntur, hunc indicem statuimus mere Suidianum.

A 248: fr. anon. 1, K 111. — 633: an. 2, K 6. — 663: an. 3, K 68. Theonis³⁴, — 907: an. 4, K 112³⁵. — 1146: fr. 232, K 26. Ex eodem nido A 3259, EI 66. — 1297: an. 43, K 34, eiusdem nidi A 556. — 1429: an. 5, K 52. — 1517: an. 7, K 111 eiusdem nidi A 3508. — 2359: 232, K 26, eiusdem nidi A 1146, EI 66. — 3508: an. 7, K 111, cf. A 1517. — 3622: 301, K 117. — 4216: an. 8, K 119, Theonis³⁶. — 4272 : 288, K 58, 6. — 4543: K 33³⁷. — 4645: an. 9, K 123. — 4704: an. 10, K 9. —

B 225: an. 11, K 109. —

Γ 46: an. 12, K 11. — 155 : 309, K 125, eiusdem nidi M 471. — 187 : 50, K 28. — 363: an. 14, K 126. —

Δ 56: 289, K 17³⁸. — 164: an. 15, K 127. — 1566: 302, K 128b. —

³⁴ Cum verba laudata ἀήσυρον γένου κάμψι lemma esse videamus, inter primam et alteram vocem non est, cur quaedam excidisse putemus (ut placuit Idae Kapp). At si nihil excidit, adiectivi ἀήσυρον tercia syllaba producta sit necesse est. Quod quamquam pugnat cum versu Apoll. Rh. 2, 1101, ubi brevis est, tamen ideo nihil mutandum esse persuasi sumus, quod duae res plane diversae significantur. Ap. Rh. 2, 1101 de ventu verba facit et scholium hoc pertinens 1100 δὲ ἐλαφρῶς πνέων unam etymologiam praebet, id autem, quod apud Suidam legimus παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι, et plane alia etymologia est, et ipsum nomen cum avium nomine coniunctum est. σύρεσθαι autem primam productam syllabam habet. Duae igitur notiones, quarum utraque secus pronuntiabatur, iisdem litteris scribebantur. Talia homonyma, quamvis rara, quisque fere sermo novit. P. Jernstedt. Aspasmos I. I. Tolstomu, Leningrad 1928, 40 sq. (Gnomon 6, 1930, 171).

³⁵ ἀκμηγον non mutandum.

³⁶ sch. Nic. Ther. 307, sch. Apoll. Rh. 3, 805.

³⁷ Verum lemma unum αὐχμηρά est; τράπεζα ab hypommematista additum, e poetae versu; veri simile est hoc tabulae nomen ante adiectivum *arida* situm fuisse (. . . τράπεζα / αὐχμηρά . . .) Facile hypommematiae vivum sermonem in collegio his notis exceptam esse nobis fingere possumus.

³⁸ Schneider lacunam recte statuit, minus recte explevit. Lacunae causam et Suidae libellarii consuetudo et hypommematis indoles perspicere sinunt: in exemplari δανάξ ξύλα· δανά τὰ ξηρά ξύλα, τὸ δα μακρόν, tum alterum lemma κεάσαι τοντέσται σχίσαι fuisse verisimile puto.

AI 137: 43, K 65³⁹. — 155: an. 18, K 129⁴⁰. — 158: an. 19, K 47. — E 777: an. 21, K 130. — 861: an. 22, K 128a. — 874: an. 23, K 42b. — 1180: an. 24, K 8a, eiusdem nidi H 399⁴¹. — 2177: an. 26, K 131, eiusdem nidi Φ 667⁴². — 2389: 312, K 132⁴³. — 3707: 313, K 73c, eiusdem nidi N 361. Theonis⁴⁴. —

EI 66: 233, K 26, eiusdem nidi A 1146; 3259⁴⁵.

I 330: an. 30, K 134. —

K 545: an. 32, K 12⁴⁶. — 1289 et 1372, eiusdem nidi: an. 34, K 20⁴⁷. — 1733: an. 310 Κλεωνατοι χάρωνος recte Meineke, cf. Wendel Gnomon 11, 237. — 1811: an. 35, K 46. — 1864: an. 36, K 8. — 2239: an. 38, K 87⁴⁸, cf. supra K 2240. — 2365: an. 39, K 82b. — 2679: an. 40, K 64, 4, tabula Vindobonensis⁴⁹. — 2684: an. 41, K 25.

Λ 556: an. 43, K 34, cf. A 1297. —

³⁹ Duo scholia legimus, unum de noctua pullis orbata et tamquam caeca, quae interdiu nihil videre potest, alterum de eius morte, cum saltatione quadam coniuncta. Salustius, ipse tertius hypomnematis editor, haec duo priora scholia in volumen suum recepit.

⁴⁰ Etiam hic (cf. Δ 56, ann. 37) inter duo lemmata quaedam exciderunt. Veri simile est post ipsum primum verbum αἰθυίης scholium secutum esse. Nam quotquot lemmata videmus, nunquam in medio lemmate versus mutilus laudatur. At inter continua lemmata quaedam poetae verba omnino non laudari poterant.

⁴¹ Primum scholium ἔνδιος μεσημβρινός post verba ἔνδιος ἔην τοι insertum fuisse suspicamur. Libellarius in E 1180 extremo verba οὐρανός ἤνοψ τουτέστιν ὁ λαμπρός scripsit, hic non necessaria; in H 399 eadem turbato ordine legimus, libellarium quisquilias velut τουτέστιν non curare videmus.

⁴² Cum Φ 667 idem lemma habeat atque E 2177, post nomen ἐπήλυσιν scholium ἐπήλυσις ἐπήλυσι insertum fuisse non est veri simile. Quare libellarium in E 2177 enotatum lemma iam antea scriptae glossae addidisse putamus.

⁴³ ἐπικλινές ἐστι τὰ λαγτὸν non erat mutandum. Alterum iota breve est, Liddell and Scott s. v.

⁴⁴ cf. ib. E 3708, ubi Theocritus laudatur. Etymologia nihil testatur.

⁴⁵ Post εἰκατηνόν scholium εἰκατα· δλιγγη, ὡς τουχεν sequebatur, cf. A 3259.

⁴⁶ Ida Kapp recte primas duas litteras in duas voces discripsit.

⁴⁷ Hic Salustii narrationem (paraphrasin) deprehendere nobis videmur.

⁴⁸ Etiam hic Salustum poetae verba suis reddere videmus, e quibus praeterea notionem *rota figuralis* recuperamus, quod iam Ida Kapp animadvertis.

⁴⁹ Scholiasta lemmatis maiorem partem forma nominativa citavit, cf. tabulam Vindobonensem.

M 45: an. 44, K 49. — 114: an. 45, K 13⁵⁰. — 177, alterum lemma: an. 45a, K 91. — 251: an. 46, K 10 eiusdem nidi Y 75⁵¹. — 471: 309, K 125, cf. Γ 155. —

N 98: laudat 66d, K 45⁵². — 361: 313, K 73c, cf. E 3707⁵³. — 562: 345, K 139. —

O 131: an. 45, K 5⁵⁴. — 950: an. 50, K 140⁵⁵.

Π 527: an. 53, K 80. — 730: an. 54, K 141. — 747: an. 55, K 50. — 945: an. 63, K 108, eiusdem nidi Y 488⁵⁶. — 1094: 303, K 142. — 1167: an. 56, K 36. — 1248: 344, K 143. — 1638: an. 57, K 54. —

Σ 175: 299, K 144. — 686: an. 58, K 110. — 1099: K 64, 11⁵⁷. — 1145: an. 59, K. 58, 14—15⁵⁸.

T 641: an. 60, K 21, Theonis⁵⁹.

ΟΙ 35: an. 61, K 146. —

Υ 43: an. 62, K 81. — 75: an. 46, K 10, cf. M 251. — 488: an. 63, K 108, cf. Π 945. 523: an. 64, K 48. —

⁵⁰ Suidae T 729 τὸ δέ μοι, quod Kapp ad eundem Hecalae versum pertinere putabat, scholium Iliadis A 41 esse Ada Adler monstravit.

⁵¹ Glossam AI 17 hoc pertinere non dixerim, nam in versu genitivi forma Αἰγάλεω legitur, non Αἰγάλεως.

⁵² Inde sequitur Hecalam haec iurandi verba aliquanto prius dixisse, quam fragmenti 49 verba dicta sunt (a Theseo, ni fallimur).

⁵³ ἔρως corruptum ex εὔρως nisi nimis audax conjectura videretur, libellarium interim dictata scripsisse putaverim; „evros“ et „eros“ enim auditu facile confundi possunt.

⁵⁴ Post σκηπάνιον sequebatur scholium hanc vocem interpretans, a libellario omissum (simile glossae Suid. Σ 575 fuerit). Lacunam iam Naake statuit. De supplendo nomine disceptari potest, nam qui nisi manu scipionem prehenderis? Potius igitur adiectivo haec lacuna explenda erit.

⁵⁵ Salustii est, ut vox κανθήλη testatur (hoc nomen apud Athen. 15, 701b legitur). De lucernis vitreis poeta loquitur earumque „caudis“, i. e. pedibus aut ansis, quae aliquo infigendae potius, quam manibus tenendae erant.

⁵⁶ Scholii unam vocem ωχρίσσα singulae glossae πελεθνωθεῖσα adscriptam esse gl. Y 488 facile testatur. Seduli Suidae officinam inspicere hic possumus.

⁵⁷ Scholium a Suidae libellario non integrum lexico insertum est, nam lemma cum scholio non congruit. Quae inter lemma et sequentia verba exciderunt, adiectivum στεβήεις a voce στεβη derivatum esse dicebant. Quod libellarius non enotavit, quia cum lexici glossae primis verbis fere congruere videbat. Addidit igitur ea tantum, quae nova sive alia esse censebat.

⁵⁸ Si recte adhuc Suidae lemmata dispeximus, lacuna post στόρνησιν stātuenda est, non ante hoc nomen.

⁵⁹ cf. sch. Nicand. Alex. 445.

Φ 15: an. 64a. — 558: an. 65, K 43. — 667: an. 26, K 131, cf. E 2177. —

X 607: an. 66, K 19. —

Huic indici nonnulla frustula addenda sunt, quae Ada Adler praeente Callimachi esse putamus. Donec novae papyri nova nos docebunt, Heckerum secuti haec fragmenta Hecalae esse censemus. Non raro etiam Theonis doctrinam offendimus, et bis Epaphrodit. Haec sunt.

H 128 fr. novum 17, cum scholio Theonis, cf. schol. Nicand. Ther. 371

ἡέρος ὅγμοι· αἱ ὁδοί, οἱ τόποι

M 1375 fr. novum 18, item, cf. schol. Nic. Ther. 308.

μυδέωσαν· δέουσαν

II 1679 fr. novum 19. Item, cf. sch. Nicand. Ther. 241.

πλαδαρόν· χαῦνον, ὑγρόν. πλάδας γὰρ καὶ πλαδώσεις.

1967 fr. novum 20. Item, cf. sch. Nic. Ther. 875.

πολύθρονον· πολυφάρμακον

Quae sequuntur, alterius scholii sunt: θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη. Ὄμηρος (Il. 22, 441), τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πανούργου. Epaphroditum sua Homeri versu stabilire videmus⁶⁰.

3076 fr. novum 21. Theonis, cf. sch. Theocr. 3, 32b, et Epaphrodit. *ποιηφάγον· τὴν σταψυλολόγον· ἡ τὴν τοὺς ἀσταχύας ὅπισθεν τῶν θεριζόντων σωρεύουσαν*⁶¹.

T 212 fr. novum 22 *τέγγε· βρέχε. οἶνῳ πνευμόνα τέγγε, φίλης δὲ ἀπέχου Κυθερεῖης.*

967 fr. novum 23. Extremi versus ultimum verbum esse videtur. *τριγχός· περιβολή, περιτείχισμα.*

Y 97 fr. novum 24⁶². *ὑληωροί· οἵ τὰ διὰ τῆς ὕλης ἔργα ἐκ φροντίδος ἔστι. λέγει δὲ τοὺς φύλακας τοῦ δρους.*

Ψ 113 fr. novum 25 *ψισθεῖεν· ψωμισθεῖεν, τραφεῖεν διὰ φιχῶν.*

⁶⁰ Lemma accusativam formam habet. Alterum scholium, quod hoc adiectivum etiam ad nefarios pertinere dicit, Medeam designari monstrare potest.

⁶¹ Scholium, non lexici glossam esse lemmatis forma accusativa monstrat. Hypomnematistae (duos esse ἡ prodit) Hecalam designari suadent (*τῆν*).

⁶² Lemma eosdem numeros prodit, qui Apoll. Rh. 1, 1227 leguntur. At Arnaldus erravit, nam schol. Ap. Rh. 1. 1. deas respicit, Suidae locus viros. Ceterum Apollonium saepe unam alteramve rem melius exprimere conatum esse, quam Callimachus, omnibus notum est.

Quam examinavimus adeo longa series ea Hecalae frustula continet, quae unus Suidas nobis servavisse videtur. Nunc eos locos intueamur necesse est, qui verba Callimachea laudant etiam aliunde nota. Ne multa: etiam haec altera series ex Hecala oriunda est, nam ubique Suidam sua dedit videmus. Testimoniorum duas series invenimus: unam, ubi Suidas et alius fons, e. g. Photius, eodem hypomnemate aut (rarius) lexeon libro usi eandem rem narraverunt, ita tamen, ut Suidas aut aliis verbis, aut plura diceret quam ceteri, alteram, ubi Suidae nihil commune est cum alio eiusdem frustuli fonte. Unum igitur Suidam sua servavisse videmus, nec ex aliorum libris pendere, quos cum eo componere possumus. Magni praeterea aestimandum est nonnullos horum locorum nunc papyrorum ope Hecalae tributos esse. Pauca exempla exscripsisse sat erit.

a. Suidas A 1224 ἀλικα· χλαμύδα κατὰ Θεσσαλούς. ἀλικα — ἐνέτησιν.

EM ἀλιξ — σημαίνει δὲ κατὰ Θεσσαλούς τὴν χλαμύδα. ἀλικα — ἐνέτησιν. Ambo lexica sua ex eodem hypomnemate habent, versus nuper a papyro Hecalae tributus est.

b. Suidas A 1430 ἀλυκρά· χλιαρά. γέντο δ' ἀλυκρά.

EM ἀλυκρόν· γέντο δ' ἀλυκρά. Suidas scholii frustulum servavit, EM omisit. Haec scholiorum frustula, quae alibi non plus leguntur, maximi momenti esse putamus.

c. Suidas A 244 ἀγκάσσασθαι interpretatur, schol. Hom. Il. 5, 99 γύαλον (fr. anon. 331, K 73a).

Huic seriei frustulorum, Hecalae tribuendae, hos Suidae locos adnumerandos perspeximus.

A 244: fr. an. 331, K 73a⁶³. — 636: fr. 216, K 18; scholii partim uncula, hic solum servata, locum Hecalae vindicat. — 1224, cf. E 1268: 149, K 41; Hecalae dat papyrus. — 1430: an. 6, K 22; cf. ad A 636. — 1657: 234, K 85⁶⁴. — 2801: an. 20, K 77; cf. E 10, ubi

⁶³ Cum sch. Hom. E 99 et Eust. 526, 42 nihil commune habet, nam plane alias res respicit.

⁶⁴ Steph. Byz. et Apoll. Dysc. de Deceleae nominis declinatione scripserunt; E. gen. Epaphrodit etymologiam praebet, e lexeon libro videlicet; EM hypomnematis in Hecalam frustulum esse videtur, nam verbum ἀμπρεύω ut lemma exscripsit, non secus ac Suidas ipsius versus formam ἀμπρεύοντες.

Epaphrodit etymologia legitur⁶⁵. — 3092, cf. EI 49: 451, K 116. — 4161: 237, K 15; Et. gen. librum laudat et Salustum. — 4255, cf. Δ 149⁶⁶: 238, K 121. — 4557: hypomnema fr. 183, K 122; EM sua e fonte grammatico habet. — 4686⁶⁷, cf. Δ 59: 110, K 96. —

B 70: 66e, K 38. Suidas hypomnema excerptis, ceteri lexeon libros. — 447: 157, K 32b. Suidas ipso hypomnemate usus est⁶⁸. —

Γ 90: an. 13, K 124⁶⁹. —

Δ 59, cf. A 4686, Π 2072: 110, K 96⁷⁰. — 347: 51, K 39⁷¹. — 946: 245, K 7⁷². —

E 10: an. 20, K 77⁷³. — 523, cf. K 1894: 53, K 78. Grammatici Hecalam citant⁷⁴. — 800: 434, K 53⁷⁵. — 854: 290, K 101a⁷⁶. — 1268, cf. A 1224: 149, K 41, 11. — 3064: 249, K 56. —

EI 49: 451, K 116⁷⁷. —

⁶⁵ Obliqua etymologia: sanguis vere abundat, inde ἔαρ appellatur.

⁶⁶ Quia „apud Callimachum“ in extremo scholio legitur, a libellario potius adscriptum putaverim, non totam glossam e lexeon libro oriundam. Ordo hypomnematis est: lemma, scholium, laudatus versus.

⁶⁷ „Glossa ab ipso Suida interpolata“: non interpolatam dixerim, sed secundum litterarum ordinem suo loco insertam, ex eodem lemmate cum scholio, quod Δ 59 legitur.

⁶⁸ Cyrilli fons, cum lexeon librum conscriberet, eodem hypomnemate usus est, atque Suidas et EM.

⁶⁹ Unum γέγεια lemma est, βόες ab hypomnematista viva voce dictum.

⁷⁰ Initii pars apud Suidam brevior, cetera pleniora. Ex eodem igitur hypomnematum libro Suidas et E. gen. ad suum arbitrium aut plura aut pauciora descripsérunt. E. gen. etymologia Epaphrodit etymologia Epaphrodit esse videtur.

⁷¹ Choeroboscus Callimachi carmen exscripsit, Suidas hypomnema.

⁷² Suidae libellarium duo scholia, ad eundem versum pertinentia, seorsum scripsisse facile coniecerim, nam prima glossae pars eandem formam accusativam praebet atque poetae versus, altera mutatam, ut EM.

⁷³ Eustathium sua memoriter laudare dixeris: ἐτερος δέ τις, ἔνθα περὶ ληστη-
που γράφεται. Multa vestigia doctum episcopum Theonis libris, in Lycophronem,
Theocritum, Callimachum, alias scriptis, impigerrime usum esse produnt.

⁷⁴ Ammonius ipsum Callimachi librum novit eiusque locutionem vituperat;
omnia lexica ad eandem glossam κοστῖν = νοεῖν redeunt, quae tamen recta via
cum Suida coniungi non potest.

⁷⁵ Quisque aliter nomen interpretatur; fortasse tria hypomnemata pro
fonte fuerunt. Et. Flor. hic mutilum est.

⁷⁶ Duo scholia diversissima. Quae in scholiis Homericis A 98, B 825 lau-
dantur, a scholiasta loci illustrandi causa aut ex ipso Callimachi libro, aut
memoriter laudata sunt.

⁷⁷ Falsum εἰδυλλια libellarii lapsus esse videtur.

H 399: an. 28, K 124. —

I 712, cf. II 1583, T 248: 510, K 79. —

Θ 12: an. 31, K 24. —

K 201⁷⁸: 66c, K 16. EM Hecalam laudat. — 567, cf. Ψ 149 184, K 82, 1. — 1195: 356⁷⁹. — 1269: K 93⁸⁰. — 1843: 478, K 97. — 1917: an. 37, K 135. — 1953: 66, 1, K 72 1. Lemma unius vocis, non duarum, cf. ann. 69. — 2515: 308, K 136. Apud sch. Hom. II. iudicium de poetae verborum copia. —

Δ 71: 178, K 27. Theonis, cf. sch. Nic. Ther. 109. — 207, cf.

Δ 946: 245, K 7. — 588: 66e, K 38⁸¹. —

M 556; continuum sequebatur II 1597⁸²: 124, K 137. —

N 551: 385 Νωνακρίνη λέγεται ἡ Καλλιστώ. Hypomnemata aperte hoc nomen in digressione commemoratum esse testatur. Ipsius Callimachi verbum (unum saltem) recuperamus, in extremo versu collocatum, ni fallimur. Si tot hypomnematis frustula carmini de Hecala et Theseo data sunt, etiam hoc ei dandum est, nam glossae formula eadem est. Homeri scholium non obloquitur, nam mythum narrat, nec plura.

II 161: 48, K 104. — 1583: 510, K 79. — 1597, cf. M 556: 124, K 137. — 1979: 477, K 98. — 2072: 110, K 96. —

T 248, cf. I 712: 510, K 79. — 357: 256⁸³. —

⁷⁸ Lemmatis verborum inversum ordinem ab ipso hypomnemata oriundum putaverim, cum in collegio Hecalam vivo sermone explicaret et forte post verum lemma (unum nomen Κᾶλα) etiam adiectivum commemoraret. Hypomnematis primum exemplar in collegio exceptum esse iam supra veri simillimum esse diximus.

⁷⁹ Suidae locum nec Schneider nec Kapp enotaverunt. Est tamen eiusdem generis lemma cum scholio, ut permulta alia. Nominativus plurativus hypomnematis locum prodit, non lexeon libri. Numeros dactylicos quicumque facile agnoscat. Etymologia Theonis est.

⁸⁰ Nominativus optime cum alterius versus altero nomine congruit; pace Idae Kapp scholium a Salustio scriptum esse affirmaverim, nam nimis simplex est (nobis „banalis“) et nullam etymologiam profert.

⁸¹ Et. scholium omittit, Suidas poetae verba. Etymologiam Theonis esse dixerim.

⁸² cf. sch. Soph. O. C. 314 (Salustii), cui cum his Suidae locis nihil commune.

⁸³ Hanc glossam et EM τέρπνιστον ex eodem Callimachi versu exscriptam esse cum Ada Adler suspicari tibi quoque placebit. Ideo non τέρπνιστον, sed τέρπνιστον scribendum esse iudicabis.

Y 38: 42, K 64, 13. Lemma unius nominis, cf. ann. 69. — 48: 475, K 89⁸⁴.

Ψ 149, cf. K 567: 184, K 82.

g.

Quaedam restant, quae certo libro vindicari non possunt.

Y 103 fr. novum 26 ὑμέλην στείραν, ἄγονον. Primae vocalis natura ignota; si brevis est, frustum Hecalae dandum. — Duo frustula in iambos cadunt: Π 85, an. 52 παλιμβαλής ὁ ἀνάταυρα πεσών, ὁ ὅπτιος. — T 695 fr. novum 27 τιττυβίζετε· ποιὸν ἤχον ἀποτελεῖτε.

Cf. supra § b, ubi iam duo iamborum hypomnematum initia a Suida excerpta esse vidimus.

Sex loci sequantur, quos ideo Callimacheos putaverim, quia cum Theonis doctrina coniuncti sunt.

O 306, fr. novum 28 (incertum) ὄμπνιος λειψών, cf. sch. Nic. Alexiph. 7. — Π 1536, fr. novum 29 (incertum) πηρίν πηρίνος τὸ αἰδοῖον, cf. sch. Nic. Ther. 586. — P 38 et 254, fr. novum 30 (incertum) φώξ, cf. sch. Nic. Ther. 715. — P 275, fr. novum 31 (incertum) φούγηδόν, cf. sch. Nic. Ther. 556. — Σ 1062. fr. novum 32 (incertum) στέρφος, cf. sch. Nic. Alex. 248, sch. Apoll. Rhod. 4, 1348.

h.

Loci Callimacho falso vindicati hi sunt: AI 31, an. 16, sustulit Ada Adler. — 115, an. 17, sustulit Ida Kapp. — E 2080, an. 25, pugnat cum Callimachi arte metrica. — 3542 nihil commune habet cum fr. 82d, nam ibi de dea sermo, apud Suidam de quodam oppido. — H 250, an. 27, K 133, sustulit Ada Adler. — 476, an. 29, sustulit Reitzenstein Gesch. der griech. Etymologika 160, 7. — K 743, an. 33 Pindari est, Isthm. 4, 66, Ida Kapp 8, 18. — N 428, an. 47, iam Schneider invitus suis inseruit. — Π 44, an. 51 sustulit Ida Kapp.

22. De ipsius Photii libro.

Duo tantum frustula in Photii lexici initio⁸⁵ leguntur, et certorum quidem librorum.

⁸⁴ Choeroboscus eodem hypomnemate usus est, quo Suidas. Hic, labore voluminis conscribendi iam vergente, (littera ypsilon, ex ultimis quarta) pauca mutuatus est, multa omisit.

1. *Aetia*, prologus, v. 33. fr. 323 (o) R., p. 3, 2. E lexeon libro. Callimachus iuxta Homerum.

2. *De certaminibus*. fr. 1 R. p. 69, 13 Ἀκτια. ἀγών παλαιός. Omnia tria verba ipsius Callimachi sunt.

Per pauca sane. Sed nunc inter omnes constat lexica, quae Etymologicum Magnum, genuinum, Gudianum appellamus, omnia tria (ut de codicibus Florentino multisque ceteris taceamus) ex eodem volumine oriunda esse, quod Photius patriarcha Constantinopolitanus olim condendum curavit.

23. De Etymologico genuino.

Patriarchae Photii lexici primum exemplar nondum editum est, excepta prima partiuncula⁸⁵. Eis contenti essemus necesse erat, quae olim Reitzenstein protulit⁸⁶ quaeque in libris legi possunt, quos R. Pfeiffer et C. Wendel nuper ediderunt⁸⁷. Libros manu scriptos ipsi adire non potuimus.

Non tam raro in rebus minoribus Etymologici genuini testimonia, melius edita, quam olim Etymologici magni volumen, aut Callimachi versus emendari iusserunt, aut locos incertos poetae redididerunt. Photii libellariorum officinam non tam bene perspicere possumus, quam Suidae eiusque collegarum. Hoc tamen dicere audemus — omnia fere, quae in Etymologico leguntur, e lexeon libris excerpta esse, quorum auctores partim ipsa scriptorum hypomnemata, partim priorum temporum lexeon libros exscripserunt. Fortasse tamen futurus editor Etymologici inter tot Oriones, Philoxenos, Seleucus etiam Salustum Photii lexici fontem fuisse dicet, nam — aut fallimur, libellariorum breviloquentia decepti — Salustius eundem in modum in extremis glossis laudatur, atque hi ipsi Oriones et Seleuci. Raro tamen hunc Salustum offendimus.

Lexici loci examinati pauca Callimacheis addiderunt, plura dererunt. Omnia incerta frustula, non a quovis noto Callimachi hypomnematista laudata, sed sine poetae nomine in lexeon libris

⁸⁵ R. Reitzenstein, Der Anfang des Lexikons des Photios, 1907.

⁸⁶ Inedita poetarum Graecorum fragmenta. Index lectionum. Rostock, 1890—91, 1891—92, 1892—93. (brevius scribemus R. ind. 90—91). Geschichte der griechischen Etymologika, 1897 (brevius scribemus R. cum pagina et glossa).

⁸⁷ Callimachi fragmenta nuper reperta ed. R. Pfeiffer. Editio maior. Bonnae 1923. C. Wendel, Scholia in Theocritum, Lipsiae 1914. Scholia in Apollonium Rhodium vetera. Berolini 1935.

citata, nequaquam poetae Cyrenensi vindicari possunt. Ideo plura fragmenta anonyma Schneideri tollere coacti sumus. Quae ad fata librorum fastosque — omnia Callimachea, Photii tempore volumini illi inserta, non ex eius aevi libris manaverunt, sed e veteribus libris, iam ante quingentos aut octingentos aut mille annos conscriptis. De libris Callimacheis, qui Photio fortasse noti fuerunt, nihil testari possunt. Etiam ea, quae de Salustii libris Callimacheis dicere ausi sumus, a viris doctis, Etymologicum genuinum edituris, denuo examinanda erunt. Haec repperimus.

A. Certorum librorum frustula.

1. *Aetia*. Prologus v. 33 fr. 323. R. ind. 90—91, 6⁸⁸, ex Hero-diano.

Liber I, libellus 1 *de Gratiis*. fr. 12, PSI XI 1217, 6 (A fr. 1, 6), sch. Apoll. Rhod. 1, 1297 app.⁸⁹. Orion e Theone. — SF 32, fr. 163, sch. Ap. Rh. 4, 425. — Libellus 2 *de Thiodamante*, fr. an. 117, Pf. fr. 7,35 *R. 26, 11 gl. 77, e *Philoxeno*. — *Locus incertus*. fr. 17 (non, ut R., fr. 168) R. 329, 7 gl. 15. Theonis. Inde Philo — Serenus — Photius.

L. II, libellus *de Zancle*. fr. 502, Pf. fr. 50, P. Oxy. 2080, 72—73. R. ind. 90—91, 12 nr. 24.

Liber incertus. fr. 109, Pf. 8, 11 sq. sch. Theocr. (supra § 20) p. 38 app. Prima pars⁹⁰ Theonis, altera⁹¹ Didymi hypomnema red-dere videtur. Exscriptum e Methodio. R. 32, 18 gl. 118⁹². — Fr. 168, R 326. Orus e Theone⁹³.

⁸⁸ gl. βάλε.

⁸⁹ Legendum παρὰ τὸ δέσμε καὶ τὴν ἔλιγγα nec quicquam mutandum. Scholium, quod Callimachi versum sequitur, a libellario pessum datum facile corrigi potest, quoniam etymologia explicatur: παρὰ τὸ παρὰ τὸ δεστοῦν εἰλεῖσθαι: eqs. Altera etymologia η παρὰ eqs. non nova quaedam est, sed eadem, ex alio exemplari exscripta, nec diligenter exscripta.

⁹⁰ τὸ ἀγραικικόν — πονήρια.

⁹¹ χοινοτέρως —

⁹² Methodius „negativas“ etymologias ἀμυστις παρὰ τὸ μὴ μέτι protulisse videtur. Cuius autem sint, dicere non ausim.

⁹³ Huius glossae fons (cf. Reitzenstein I. I.) Theonis hypomnema in Callimachi Aetia est.

L. III, locus incertus. fr. 108. R. ind. 90—91, 12 nr. 23, Artemidori⁹⁴. R. glossam Methodio dat. fr. 108 primi versus initium scribendum τὸν μὲν —. Libellus ultimus *de Cydippa*. fr. an. 70, Pf. 9, 34 *R. 20, 30, gl. 39. R. Methodio dat.

2. *Hecala*. § 2. fr. 66, K 72, R. 249⁹⁵. Theon, inde Salustius, inde Photius. — § 4. fr. K 93, Pf. 36, R. p. 54; ind. 90—91, 15 nr. 27—28. Salustius, inde Seleucus, R. 172. — § 7. fr. 41, K 1⁹⁶. R. ind. 90—91, 14⁹⁷. Salustii. — § 8. fr. 44, K 42. sch. Theocr. 4, 50/51d app.⁹⁸. Methodius. — Fr. 66e, K 38. R. ind. 90—91, 14⁹⁹, e libro Salustii, etymologia Theonis. Fr. 237, K 15. R. ind. 90—91, 14¹⁰⁰. Epaphroditus, inde Salustius, inde Photius. — § 11. fr. 234. R. 30, 5 gl. 105¹⁰¹. Methodius ex Epaphroditto. Ib. gl. 106¹⁰². — *Loci incerti*. fr. 110. R. ind. 90—91, 14¹⁰³. — fr. 238. R. ind. 91—92, 19¹⁰⁴. E Didymo. — fr. 252b. R. ind. 90—91, 13 nr. 25. — fr. 478. R. ind. 91—92, 4¹⁰⁵. — K. 153. R. ind. 90—91 nr. 26. Ob Salustii nomen et rem narratam hic inserendum videtur.

3. *Iambi*. IV, Dieg. 8, 21, Pf. 27¹⁰⁶. R. ind. 90—91, 9 nr. 20. Theon, Epaphroditus, Salustius. — Loc. incert. fr. 98c, R. 321, 27 gl. 30. Orus.

⁹⁴ οὕτως Ἀρτεμίδωρος „inde Methodius“ R. Methodius non commentarium a Theone et Artemidoro editum, sed Artemidori lexeon librum exscripsit. Callimachus iuxta Homerum. III libri nomen monstrat hunc locum non e III libri hypomnemate esse.

⁹⁵ gl. ἀρπῆσε. οὕτως Σαλούστιος. Perinde ac Suidas etiam Photius, Salustii hypomnemate usus, glossam enarravit. Etymologia Theoniana.

⁹⁶ Eadem apud Suidam, E 345, ex Epaphroditii lexeon libro.

⁹⁷ gl. Ἐκάλη.

⁹⁸ E Theonis hypomnemate in Hecalam; fr. 230 versus Hecalaei causa laudatur, ex alio carmine, ut numeri (pentameter) monstrant.

⁹⁹ gl. λιπερνήτις.

¹⁰⁰ gl. ἀστάντης. Etymologia Epaphroditii est, cf. Epaphr. fr. 12 L. Quo Salustius usus est: οὕτω Σαλούστιος εἰς τὴν Ἐκάλην Καλλιμάχου.

¹⁰¹ gl. ἀμπρόν.

¹⁰² gl. ἀμπρεύω. Glossa 106 Theonis est, et propter etymologiam et quia Lycophro laudatur (ad v. 635).

¹⁰³ gl. δανάκης.

¹⁰⁴ gl. ἀστρις. — — Διδυμος ἐν τῷ περὶ παθῶν.

¹⁰⁵ gl. Κλύμενος. Salustio tribuit R., recte, ut nobis videtur.

¹⁰⁶ Salustius e Theone et Epaphroditio.

4. *De avibus.* fr. 100c 1. R. 95—96¹⁰⁷, sch. Apoll. Rh. 1, 1049, 21 app. Theonis.

5. *Hymni.* 1, 48. R. 13, 15 gl. 9. — H. 3, 45. R. 28, 5 gl. 90. Methodius. Hic Theonis scholium in hymni locum latet. — H. 5, 48. R. 31, 11 gl. 112¹⁰⁸. Methodius. — H. 6, 27. R. 36, 7 gl. 146¹⁰⁹. R. Methodio dat. — H. 6, 86. R. 25, 13 gl. 73¹¹⁰. Methodius ex Herodiano.

B. *Frustula incertorum librorum.*

Fr. 148. R. ind. 90—91, 10 nr. 21¹¹¹. Orionis. — Fr. 230, sch. Theocr. 4, 50/51 d¹¹². — Fr. 252a. *R. ind. 90—91, 13 nr. 25, e lexeon libro. — Fr. 324 *sch. Apoll. Rh. 2, 366a app.¹¹³. — Fr. 331v. 2. R. ind. 91—92, 3, e Philoxeno. — Fr. 449 *R. 326, 1 Oro dat. — Fr. 460. R. 245, infra, gl. 6; 246, 2¹¹⁴. — Fr. 479, sch. Apoll. Rh. 1, 1075—77a app.¹¹⁵. — Fr. 518. R 9^{1/2}, 15, 19 gl. 19, e Choerobosco. R. Methodio dat. — Fr. 560, Pf. 49. R. 13, 10 gl. 8. Methodii. — Fr. an. 73. R. 37, 22 gl. 154. Et gen. Callimacho reddidit.

¹⁰⁷ Hic locus optime monstrare potest, quomodo male segnis libellarius bonum scholium in pessimam lexici glossam contrahere potuit. — Oratio recta ipsius Callimachi verba prodit ἔστι δὲ γένη λεπάκων ὅπτῶν.

¹⁰⁸ Quae R. e schol. Apoll. Rh. 1, 133/38 aut 4, 1091 sumpta putat, eo non quadrant. Methodium Theonis scholio in Callimachum usum esse putamus.

¹⁰⁹ Theonis, ob etymologiam. Lexici glossa misere decurtata est.

¹¹⁰ Prima pars Theonis est, Simonidem testem advocantis, altera ἡ ἀπό τοῦ eqs. Herodiani; ambas glossas coniunxit Methodius. Reitzenstein recte monet Methodium saepe Callimachi verba laudare.

¹¹¹ Callimachi versus similis verbi causa laudatur. Quem Orion exscriperit, dicere non ausim, vix Theonem. Nulla causa nos cogit hos versus Cydippae vindicare; quae Dietzler l. l. p. 9 attulit, omnia monstrant versus huic libello nequaquam dari posse.

¹¹² Theo hunc Callimachi versum laudat, ut Hecalae vocem (fr. 44) explicaret; unde citaverit, nescimus.

¹¹³ Photius et scholiasta Apoll. Rh. 2, 366a ambo ex eodem pleniore exemplari sua exscriperunt, item Et. Gud. 99, 16 de Stef., nam quisque trium alia omisit. Secus Wendel, Überlieferung d. Schol. d. Apoll. Rh. p. 73.

¹¹⁴ R.: e Choerobosco, orth. 273, 19. Scribendum φιδός.

¹¹⁵ Callimachi χύτλων ἀγνιασάντων sunt nec plura. ἔντομα μήλων novum lemma est, Apollonii versus 2, 926 ultima verba.

C. Fragmenta tollenda.

Qui versus sine poetae nomine in glossis laudantur, e lexeon libris oriundis, eorum originem Callimacheam, unius lexici testimonio fulti, nequaquam demonstrare possumus. Tollimus igitur:

an. 71, R. 28, 8 gl. 76¹¹⁶. — an. 72, R. 29, 10 gl. 97¹¹⁷. — an. 100, R. ind. 91—92, 4¹¹⁸. — an. 126, R. 362¹¹⁹. — an. 131, R. ind. 91—92, 4¹²⁰. — an. 132, R. ind. 91—92, 4¹²¹. — an. 133, R. ind. 91—92, 4¹²². — Eandem ob causam refellendum putamus R. 32, 23 gl. 120, quod Reitzenstein Callimacho, dubitans sane, tribuere voluit.

24. De Etymologico Gudiano.

Hic ea tantum examinantur, quae iam in novis libris leguntur¹²³. Ambo Etymologica, et genuinum et Gudianum, multas glossas praebent e lexeon libris oriundas et saepe fontis nomine (Orus etc.) insignitas. Facile igitur lexeon glossas ab hypomnematum frustulis segregare possumus: — formula „lemma, brevis interpretatio, versus poetae, scholium“ — hypomnema prodit, formula „lemma unius verbi, plures etymologiae, tum demum poetae verba“ — lexeon librum.

Benigna Minerva ita accidit, ut maior pars glossarum, quae Callimachi verba nobis servaverunt, in Gudiano alia esset, quam in genuino. Similes sat erit brevissime enumerare¹²⁴.

A. Certorum librorum loci.

1. *Aetia*. Prologus, v. 35, fr. 286. EGu. 232, 23, e grammatico.
 L. III, libellus de Cydippa, v. 34. fr. an. 70 111, 18 (R. 115, 23 gl. 49).

¹¹⁶ Philoxeno dat. R.

¹¹⁷ E lexeon libro (*οἰον*). ideo liber plane incertus.

¹¹⁸ gl. λοφυλίας.

¹¹⁹ gl. ινάσσω.

¹²⁰ gl. λοῖσθος καὶ λοῖσθιος.

¹²¹ gl. πόκτος.

¹²² gl. βὰση. E libro quodam de dialecto Dorica oriunda esse videtur.

¹²³ Etymologicum Gudianum ed. de Stefan i. I 1909 sq. Addidimus etiam glossas, quas Reitzenstein Gesch. e reliqua parte edidit.

¹²⁴ fr. an. 70: 111, 18. — fr. 66: 204, 5. — fr. 41: 438, 22. — fr. 100 c 1: R. 96. — hy. 1, 48: 105, 20. — fr. 324: 99, 17. — fr. 449: 190, 13.

Incertorum librorum. fr. 160, 320, 9. Salustii ex Epaphrodito¹²⁵? — Fr. 201, 533, 2¹²⁶.

2. *Hecala.* § 1, digr. fr. 66, K 72, 204, 5. Salustii. — Fr. 451, K 116, 409, 13, lexeon liber e Theonis hypomnemate. — § 7, fr. 41, K 1, 438, 22, e Seleuco. — § 9a, fr. 61, K XI, 526, 20 e Seleuco.

3. *Iambi.* Locus incertus. *82c, Pf. 16, 239, 18. Salustii¹²⁷?

4. *Hymni.* 1, 5. R. 128, 26 gl. 179¹²⁸, lexeon liber ex hypomnemate. — H. 1, 59, — 502, 22, Seleucus ex hypomnemate¹²⁹. — H. 1, 66, — 539, 19¹³⁰. — H. 1, 68, — 28, 22¹³¹. — H. 1, 74, — 302, 26. Theonis¹³². — H. 2, 15, — 435, 24¹³³. — H. 2, 112, — 75, 5 ex Agathia (2, 30) recta via. — H. 6, 27, — 123, 11 ex hypomnemate¹³⁴.

5. *Choliambi.* I fr. 86, Pf. 10, 5 (P. Oxy. 1011, II versus 5 et

¹²⁵ Etymologia obliqua Epaphroditii est. Cui Salustum suam addidisse putamus.

¹²⁶ Ipse poetae versus excidit, a libellario seriore omissus. Similis etymologia schol. Nicand. Alex. 81 legitur. — — καὶ K. ἐλαῖας τὸ αἴμα τὸ θαῖον εἰπεν sequitur versus fr. 201. Haec non Callimachi versum reddunt, sed ipsius scholiastae verba sunt, corrupta dumtaxat. Fr. 527 igitur tollendum.

¹²⁷ ἐν ὑπομνήματι ιάμβων K—οὐ. Laudandi modus totam glossam ex hypomnemate exscriptam prodit; lemma unius vocis est, cum scholio. Duae etymologiae hypomnematis librum iam iterum editum esse testantur.

¹²⁸ gl. ἀμφήριστον. Eadem brevissime schol. Call. h. 1, 15, omni etymologia omissa.

¹²⁹ Lemma duorum verborum. Cum scholio ad 1. brevissimo non concinit.

¹³⁰ Et scholium et Etymologici Gudiani glossa eandem vocem illustrant.

¹³¹ Haec glossa non solum nominis etymologiam praebet, sed etiam mythum de aquila, Iovis socio; hypomnematis igitur frustulum est. Aliud, crudelissime decurtatum, in hymnorum libris legimus. Qui Et. Gudiani exemplaris etymologiam protulit, alpha intensivum novit.

¹³² Etymologia e rerum indeo. Idem scholium, brevissimum factum, ad Call. l. l.

¹³³ Callimachi versus, sine poetae nomine, legitur 436, 20. Post καὶ δὲ ποιητῆς Homeri versum excidisse putamus et Callimachi nomen, nam *poeta* Homerus appellatur, non Callimachus. Notamus Homerum iuxta Callimachum laudari, ut saepe in grammaticorum libris.

¹³⁴ cf. R. 36, 7 gl. 146. Apud unum E. Gu. superest δοκεῖ δέ μοι eqs., ubi hypomnemata (Epaphroditii?) vocem audimus.

1363, 5 coniuncti), — 99, 23¹³⁵. — IV fr. 93, Pf. 9, 211, — 48, 21, e Didymo¹³⁶? — Incertum. fr. 88, Pf. 21, — 87, 24, e lexeon libro¹³⁷.

B. Incertorum librorum frustula.

Fr. 62 (82d), — 557, 27, Stefani: e Choerobosco¹³⁸. — Fr. 12 9, — 53, 19, e lexeon libro. — Fr. 130, — 189, 13, ex Epaphroditō¹³⁹. — Fr. 159, — 312, 18. Hic fons Schneiderum fugit. — Fr. 200, — 294, 22 e lexeon libro¹⁴⁰. — Fr. 153, — 217, 22 (de Aetiis nihil constat). Epaphroditi¹⁴¹. — Fr. 243, — 330, 14¹⁴². — Fr. 250 solum a, — 574, 10, R. 159, 12 gl. 15 e Seleuco¹⁴³. Ambo, a et b, — 574, 17 (a: 20; b: 22). Etymologia Theonis est¹⁴⁴; versus 250 a et b nullo modo coniungendi. — Fr. 325, — 256, 15, ex Epaphroditō Odysseae hypomnemate, fr. 46 Lue. — Fr. 343, — 162, 18. Prima etymologia Theonis esse videtur, altera Epaphroditi. — Fr. 379, — 235, 3. Hunc locum verum Callimachi fr. respicere iam diximus. — Fr. 401, — 174, 6, e libro grammatico. — Fr. 449, — 190, 13. — Fr. 450, — 344, 22. Lexeon liber ex Epaphroditi hypomnemate, propter obliquam rationem etymologiae¹⁴⁵. fr. novum 34

¹³⁵ Huc inserere iussit Lobel, Gnomon 10, 1934, 439.

¹³⁶ Nam multi poetae laudantur, inter quos Hesiodus.

¹³⁷ Numerorum causa potius cholambis vindicare placuit; fortasse iam borum locus est. Callimachi versum etiam etymologia sequitur παρὰ τὸ μὴ λειβεσθαι καὶ σπένδεσθαι. Cuius sit, non liquet.

¹³⁸ Notandum ἔχω δὲ τὴν χρῆσιν παρὰ K—φ: ipsum doctum grammaticum in collegio audimus.

¹³⁹ οὗτος Ἐπαφρόδιτος i. e. in lexeon libro.

¹⁴⁰ Hunc versum Pfeiffer, dubitans tamen, incerto Aetiorum libroedit, fr. 5, 30; Lobel oblocutus est, Hermes 70, 38.

¹⁴¹ EM ambos versus servavit, nequaquam inter se coniungendos; E. Gu. unam tantum etymologiae partem cum Epaphroditi nomine eo loco, ubi libellarius fontem suum laudare solet.

¹⁴² Callimachi verba haec tria sunt εἰς δάιν ἐρχομένων. Quae Schneider addidit, scholii verba sunt: sch. Hom. II, 14, 387 εἰς δάιν (id est) ὀπλισμένη ἐπιπον, similiter Cram. An. Ox. IIIp. 239 ὀπλισμένων ἐππων (eadem glossa corrupta); ἀργος, quod sequitur, fortasse depravatum ἐρχομένων est.

¹⁴³ Prima glossa 574, 10 Callimachi verborum usum damnat: κακῶς δὲ K. τῶν βοῶν τάς κοιλίας εἴπεν. Igitur non ex hypomnemate, sed e lexeon libro oriunda est.

¹⁴⁴ cf. schol. Nicand. Ther. 579.

¹⁴⁵ E. Gu. 344, 22 K. (fr. 450) Δελφός ἀνὴρ ἐμός ἵεροεργός τὸ ἔθνος οἱ Πόθιοι, παρὰ τὸ ἀδελφοὶ τινες ὅντες, κατὰ ἀφαιρεσιν τοῦ α, ὅτι τὰ τοῦ Διονύσου μέλη σπαράξαντες οἱ Τιτᾶνες τῷ Απόλλωνι παρέθεντο ἐμβαλόντες λέβητι, ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι ἀπέθετο. παρὰ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ Δελφοὶ τὸ ἄφαιρεθέντος.

21,
137.
12
0-
r.
iis
50
b,
50
0-
8.
r.
n
—
4 Nonne φέρεται ἡ θύρα EGu. 142, 8 E libro grammatico. Propter formulam „Homerus + x = Homerus + Callimachus“ hoc frustum Callimacho vindicavimus¹⁴⁶.

C. Fragmenta tollenda.

an. 77, — 191, 14. Hoc frustum, de cuius origine nihil notum est, cum cyclicum carmen redoleat, Callimacho porro abiudicandum est¹⁴⁷. — an. 89, — 425, 24. Nihil certi.

VII.

25. De diegeseon papyris.

a.

De papyro Mediolanensi.

Non huius libri est felix illud volumen, ab Achille Vogliano repertum, post primas Medeae Norsae et Hieronymi Vitelli curas¹, tam bonae frugis plenas², iterum edere. Paucis tamen ea, quae papyrus nobis novi de Callimacho attulit, exponere visum est.

Primum quidem de eo, qui has duodecim dumtaxat columnas conscripsit. Iam N. — V. virum illum inconstanter fuisse (p. 3) animadverterunt. Qui cum non sine multis mendis suique inconstans librum scripsisset, postea pleraque menda diligenter correxisse videtur (p. 3). Tabula phototypa examinata (totam papyrus lucis ope redditam ut inspicere possemus, H. Vitelli et P. Maas folia photographa nobis comiter transmiserunt) haec videamus. Libellarius in litteris exarandis valde inconstans fuit, aegre

¹⁴⁶ E. Gu. 419, 12 sq. fortasse „ethnicarum onomasiarum“ locum narrat, quod tamen certis testimoniis fulciri non potest. Etiam Et. Gudiani glossa 146, 19 (e lexeon libro), de versus origine nihil testatur. An Callimachi?

¹⁴⁷ Οδυσσέον μέγα θόμα.

¹ Papiri della R. Università di Milano. ΔΙΗΓΗΣΕΙΣ di poemi di Callimaco, a cura di M. Norsa e G. Vitelli. Firenze 1934 — XII. Quem librum Achilles Vogliano qua est comitate mihi dono dedit. Eorum, qui de hac papyri editione principe iudicaverunt, tres laudabo: P. Maas, Gnomon 10, 1934, 436 sq. R. Pfeiffer, Die neuen Διηγήσεις zu Kallimachosgedichten, S B Akad. München, hist.-phil. Abt. 1934 Heft 10. A. Koerte, A P F XI 1935, 231 sq.

² H. Hertel, Bursians Jahresberichte Bd. 255, 1937, 65—217.

sollicitum fere dixerim; intuere, si placet, alpha litteram, ut unum tantum exemplum afferam, e. g. IV 30. In mendis corrigendis rectum, non pulchrum eum curavisse³ multae liturae immundae monstrant, e. g. III 39, nam scribam diligentem talia menda punctis appictis tollere solitos esse satis notum est. Scribae diligentiam praeter menda correcta etiam spatia demonstrant, quibus singula enuntiata distinguebat⁴. Haec eis, quae iam N. — V. viderunt, addenda videbantur⁵. Libro eorum ea, qua par est, diligentia examinato plura de scribae indole comperire possumus. Menda non correcta eum sat imperitum artis grammaticae fuisse produnt — ea dico, ubi ithacismus cum orthographia pugnat aut „Donati leges“ negleguntur⁶, ea autem, quae ante litteram correctam scripta fuerunt, eum tironem potius, quam sermonis communis litterarumque elegantiorum peritum fuisse testantur. Nam ter non apti generis littera libellarii loquendi consuetudinem, paganorum in modum, corruptam fuisse monstrat⁷, et Berenices nomen V 41 rusticum, non urbanum esse suspicamur⁸. Cum autem nonnullae voces inepte Dorice scripta legamus, scribam e Doriensibus oriundum esse arbitramur⁹. De gravioribus nihil certi dici potest. Litterae falso bis aut semel scriptae in omnibus fere libris manu scriptis leguntur. Quod autem ad litteras perturbatas¹⁰ — talia aut incuriae aut aegritudinis causa fiunt¹¹.

³ 6, 40, ut inconstans aut valde sollicitus, eaque de causa parum diligens, εν· δη· punto addito corrigendum esse notavit (*Εὐθύδημος*, ut Lobel optime iussit) nec tamen correxit.

⁴ e. g. I, 44. Quae non omnia a N. — V. enotata sunt.

⁵ cf. etiam A. Koerte APP XI 281 sq.

⁶ η, ι, ει saepe non recte scribi iam N. — V. notaverunt; praeterea ο et ω pluries falso scriptum et iota mutum crebro aut omissum aut falso additum, συ — cum littera gutturali compositum sic, non συ — exaratum.

⁷ 7, 25 δεαν = θεαν, 8, 7 πολον = βολον, 10, 29 καθ = κατ.

⁸ 5, 41 Βερνίκης (cf. Brniga in lapide Rosettano).

⁹ 2, 33 δαψιλᾶς; 4, 30 Ἡρῷ τῷ Σαμῆ; 8, 2 Εριῶ; huic accedit contrarium exemplum 11, 45 Παρρησίης, ubi libellarius, ne Dorice scribere videretur, pro legitima littera α falsam η scripsit.

¹⁰ 7, 7—8 κελευονθ — θον, λινον — λιθον etc. Oisūδρεω autem ita scriptum est, ut scribi debuit; οδρόσης, quod editores temptaverunt, non hominis, sed gentis sive populi nomen est; cf. etiam Koertel. I. 235.

¹¹ Lassum hominem nunc quoque, quamvis diligens sit, interdum falsa aut sensu carentia scribere animadvertere possumus. Sed haec potius ad medicos, non ad nos philologos pertinent.

Qui papyrus Mediolanensem scripsit, non ipsius poetae libro inspecto carmina brevius narravisse, sed iam ab alio narrata ex exemplari quodam descriptis videtur, IX 32. 33: hic lemma, perperam medio versui insertum, expunctum et iterum in novi versus initio scriptum est. Hoc prius exemplar mutilum fuisse XI 19 ostendit, ubi novi enuntiati primam vocem legimus nec plura. Tum solum initium primi hymni narratur, vv. 1 fere ad 36.

Totum hoc Callimachi diegeseon volumen hypomnematum generi funditus contrarium est, nam hypomnema singulas minutasque partes locutionesque carminis eo ordine dispositas illustrandas curat, quo leguntur, hoc autem volumen tota carmina quam brevissime narrat, non multis annotationibus iudiciisque additis. Tum hypomnematis lemmata talia sunt, ut totum enuntiatum aut integrum eius partem, aut pauca verba exhibeant, papyri Mediolanensis genus contra primum quemque carminis versum citat, totum et integrum, sed quoad numeri tantum observandi sunt; enuntiatum grammaticum versus integri causa praecisum est. N. — V. non sine controversiis de libri indole iudicaverunt, p. 12. Nobis, qui viam ad Callimachi carmina restituenda quaerimus, haec gravia esse visa sunt:

1. Qui carmina enarravit, lingua communi, ad sermonem Atticum non raro quam proxime accidente, usus est¹². Quare nullum fere papyri nomen verbum idem esse potest atque id, quod ipse poeta scripsit¹³.

2. Hic illic ignotus ludi magister (nam haec non scripta esse, ut docti grammatici philologique ea legerent, infra monstrabimus) brevitati inserviens, cumque ipse aptam locutionem invenire non posset, Callimachi verba suis inseruit; poetae dicta semper numeri, non raro etiam sermo monstrat¹⁴, rarius enuntiati forma, ut e. g. Dieg. 7, 9 parenthesis, quae digressionem Callimacheam prodit, quare etiam 7, 6 παιδοκλέπτης ἐστίν parenthesin esse putamus. P. Maas

¹² e. g. 7, 9 ἀλλήλαιν, tum multi genetivi sing. in -έως exeuntes. Hac de causa 3, 36 (de venatore) επειπέντε in ἐπειπέντε οἱ mutantes verum nos invenisse et genuinam epimatoris locutionem restituisse putamus.

¹³ Ut igitur hac ex prosa oratione poetae versus (potius versuum particulas) recuperemus, divinatione (et Musarum benevolentia) opus est.

¹⁴ 6, 21 = fr. 95 σις λαβάν ἀριστεῖον 7, 15 = Pf. fr. 9, 229.

8, 29 προφθάσας δὲ νικᾶ (fr. novum 35) optime Callimachi esse dixit. Poetae verba leguntur etiam 5, 42 ὑπέσχετο κείνη (fr. novum 36) et 6, 22... ἐρίξεσθε¹⁶ (fr. novum 37).

3. Callimachi carminum „quinta essentia“ tantum, ut N. — V. dixerunt (p. 12), id est, merum argumentum narratum est. Digressiones, quas poeta ut ornamenta quaedam plane necessaria libellis suis intexit¹⁷ nusquam fere referuntur, uno alterove excepto, ut in iambo VI digressio de Mopso, 9, 2—8¹⁸. At non cuiusvis est ex ossibus speciem formosam, ut ita dicam, restituere. Magnam igitur partem singulorum carminum etiam nunc, diegeseon papyro reperta, redintegrare non possumus. Et optime N. — V. (p. 13) de carminibus recuperandis dixerunt e narratione aut longiore aut breviore nihil de poetae libelli magnitudine aut exilitate iudicari posse. Callimachi epigrammata nunquam enarrata fuisse non mirum est, P. Maas Gnomon 10, 438. Quae autem de eis dixit quae carminibus inscripta essent, non tam apte dicta esse putamus. Nam magnis voluminibus exceptis, quibus ipsi auctores nomina indiderunt, nulli minori libello aut carmini, de epigrammatibus ut taceamus, quidquid inscriptum esse constat. Etiam Atheniensium tragediis non tam raro poeta nihil inscripserat, recordare, si placet, Oresteae illius ab Aristophane laudatae. Multo serius ei, qui tales libros legebant, ipsorum commodi causa brevia nomina libris inscribenda inveniebant, e. g. Branchum, comam Berenices, multa alia.

b. De scholiis Florentinis.

Paulus Maas scholia Florentina et papyrum Mediolanensem eiusdem generis libros esse dixit, Rudolfus Pfeiffer et Alfredus Koerte ei oblocuti sunt¹⁹.

Primum quidem scholia Florentina non esse hypomnema videmus. Nam in SF singuli solidi versus praemittuntur, eodem modo paululum sinistrorum eminentes (vide tabulam), ut in papyro Me-

¹⁶ μὴ λιγν. ἐρίξεσθε Koerte I. I. 237.

¹⁷ Digressionsstil p. 26 sq.

¹⁸ Avium colloquium (quod nunc nobis in manibus est) aut ipsius aviae hospitium, a veteribus tam celebratum (μέλπω δὲ γραῦς τῆς φιλοξένου τρόπου), ut duo saltem Hecalae clarissima digressionum exempla laudem, in papyro non leguntur.

¹⁹ v. libros, quos in ann. 1 laudavimus.

diolanensi, nunquam plures, nec versuum partes, quae vera lem-mata essent. Tum totum caput, aut libellus integer, si mavis, enar-ratur, nunquam enuntiatum aut eius pars quaelibet illustratur. Ety-mologiarum autem, quas in Theonis et Epaphroditii libris ubique videmus, ne vestigium quidem in SF reperimus. At optime R. Pfeiffer in his duabus papyris Callimachi libros brevissime nar-rari perspexit²⁰, ita tamen, ut SF doce, Diegeseis indocte rem tractarent, perpaucis doctis notulis additis. Eadem fere Alfredi Koerte sententia est. (Vide etiam cap. II ann. 40.) Controversiam si expedire volumus, ambos libros cum poetae libris componamus necesse est, ut videre possimus, quidnam praeter carminum argu-menta additum sit (hoc enim gravissimum est, ut docta argumenta agnoscere possimus), quique Callimachi versus (aut carminum par-tes) omnino aut narrati aut non narrati sint.

Scholiorum Florentinorum primum caput elegiam de Telchinis enarrat, quae nobis feliciter redditum est, papyrus Mediolanensis multa choliamborum capita et duos hymnos et praeterea comam Berenices. His omnibus compositis talia videmus. Carminibus, brevissime narratis, quaedam notae additae sunt, quas facile in duas partes dividere potes: additamenta, quae nisi doctus scribere non potuit, et talis indolis notulas, quas quispiam adulescentulus, litterarum non nimis imperitus, facile addere potuit. Notae, quas doctae indolis esse diximus, hae sunt: SF fr. 1, 3—8 Telchinum, id est Callimachi adversariorum nomina. Ibidem 36 Aristotelis liber laudatur de Pariorum re publica, ubi eadem leguntur atque ea, quae poeta, Dercylum et Hagiam secutus, narravit. — Eiusdem generis notae etiam in Mediolanensi libro leguntur: 6, 5 sacrum extra muros, „quod Parmenionis Sarapeum appellatur“. 7, 20 ad-versarius Apollonius nominatur, „alii autem Cleonem quendam appellant“.

Quam frequentes aut rarae tales annotationes fuissent, facile non dixerit quispiam. At in ambobus libris has doctas res additas esse videmus, et in scholiis Florentini non saepius quam bis, semel in primo capite, semel in tertio. Totum igitur librum Florentinum his doctis annotationibus instructum fuisse nullo modo dicere pos-sumus. Mere fortuito in una alteraque papyro occurrunt.

²⁰ Nacherzählungen kallimacheischer Gedichtinhalte.

Aliud genus id est, quod tironum in usum additum esse quisque facile dicet; earum nempe glossarum, quae clarorum virorum patriam, nymphae cuiuslibet patrem, similia praebent, quae cuique tironi ediscenda sunt. Haec scholia glossasque nequaquam doctas esse dicere possumus. Talia et in scholiis Florentinis et in papyro Mediolanensi non tam raro legimus, e. g.: SF 13 (Mimnermus) Colophonius; 14 (Philitas) Cous; 23 (Minos) Iovis et Europae filius; 34 (Euanthe) Urani filia. — Dieg. 6, 14 sq. septem sapientium patria (si apud ipsum poetam non nominata erat); 9, 24 Selinus urbs Siciliae; 11, 17 (Neda) Oceani; SF. 22 sq. Parus sine tibiis fr. 491, Minos fr. 467, Gratiarum sacra fr. 531; 30 Clio, Dionysus, Coronis, nympha Naxia²¹.

Haec omnia tironum in usum e poetae versibus excerpta sunt, ut pueri tot tantique ponderis nomina ediscerent, non ut libellarius se doctum esse monstraret. Tales levioris naturae glossas in ambobus libris satis frequentes esse videmus, quare ambos similiter et doctis et minus doctis annotationibus instructos esse statuamus necesse est.

Omnia nomina, quae praeter pauca iam supra exscripta in papyro Florentina legimus, non docti scholiastae additamenta, sed ipsius Callimachi sunt; sic e. g. fr. 1, 13—14 Mimnermus et Philitas, cf. prol. 11 Τοιούτοις Μίμνερμος δέ τι γλωκός eqs.

A papyro Mediolanensi solum argumentum narrari vidimus, perraro magna digressione addita. Eadem etiam in scholiis Florentinis videmus, nam 1, 16 sq. „Insomnium“ illud digressio est, nec secus res se habet 30 sq., ubi tot Gratiarum parentes enumerantur.

Iam constat ipsas res a poeta narratas eundem in modum in ambobus libris reddi. Sed etiam res narrandae eundem in modum describuntur — ibi dico, ubi is, qui horum librorum primum exemplar scripsit, suis ipsius verbis utitur, ut poetae versus narret. Scholiasta, quisquis fuerit, persaepe „verbo“ rationes narrandi circumscrifit; intuere quaeso: SF 1, 11—12; 2, 51; Dieg. 7, 7 παρατίθεται. — Dieg. 6, 4 ὑποτίθεται. — SF 1, 30, Dieg. 1, 29 et saepe φησίν. — SF 1, 22 et 1, 39 ζητεῖ διὰ τίνα αἰτίαν Dieg. 4, 2 ἴστορει, 11, 29 προσιστορεῖ; 6, 36 καταμέμφεται; 6, 38 ἀποδέχεται; 6, 39 παρεπικόπτει; 7, 21 λαμβάκει; 7, 27 διηγεῖται; 10, 7 ὑπνεῖ καὶ παρακαλεῖ;

²¹ Hic fr. 163 inserendum.

11, 25 ἐπιλέγει. — SF 1, 32 προειπών Dieg. 7, 23 ἀπαγορεύων, 9, 35 ἀπαντῶν (sic. optime Maas), 11, 21 προτερατευσάμενος. Alia in una papyro Mediolanensi leguntur: a) 2, 11 αὕτη πρώτη ε[— doctam annotationem agnoscimus; b) 8, 21 ἐπίνικος Πολυκλεῖ Αἰγινήτη, 10, 6 προσίμιον, 10, 8 προτροπή, 10, 10, ἐκθέωσις — haec ab ignoto ludi magistro, non a poeta, carminibus inscripta sunt²². Rariora sunt talia 9, 25 τοῦτο γέγραπται (nota perfectum aoristi loco) aut 1, 28 et 3, 1 ἔξις (paraphraseon terminus technicus).

Iam supra vidimus pap. Med. hic illic ipsius poetae verbis usum esse; similiter SF 1, 26 Callimachi enuntiati forma deprehenditur, polysyndetum negativum²³. Etiam ipsius poetae verba dignoscuntur, leviter immutata, ut SF 12 et 22²⁴. Omnibus igitur perpensis nec SF nimis docta, nec Diegeseis parum doctas, sed ambas papyros eiusdem indolis esse et ad idem exemplar redire dicemus. Quod SF paululum maiora capita praebet quam Diegeseon liber, nullius momenti est, nam sat inter omnes constat — inspice quemvis scholiorum librum — primas talium librorum partes, qui scholarum in usum scripti sunt, plura verba facere quam ultimas. Callimachi libros ita narratos videmus, ut ossa tantum (sit venia verbo), non totum carminis corpus monstaretur. Ambos libros non doctorum virorum, sed tironum in usum scriptos esse supra iam diximus.

Scholia Florentina et Papyrus Mediolanensis (id est, volumen, unde hi libri descripti sunt, Diegeseon primum exemplar) tam paucis verbis Callimachi carmina narraverunt, ut eorum ope praeter versus in initio cuiusque capitinis laudatos paucaque frustula editionis Schneideriana, ob res narratas singulis capitibus assignanda, nulla fere poetae verba recuperare, at contra carminum libellorumve ordinem non tam male redintegrare possemus. (Vide infra, VIII.)

26. De minoribus hypomnematum papyris.

a. Aliena hypomnemata Callimachum laudantia.

Temporum ordine, quo papyri publici iuris facti sunt, hasce hypomnematum papyros enumerabimus, ubi Callimachus laudatur.

1. P. Oxy. 221 (II, 1899), hypomnema in Iliadem, XXI, col. XV 33 sq., (o) ep. 45, 3. Ipsum scholium v. 292 ab etymologia incipit,

²² P. Maas haec ipsi Callimachio dat. I. I. 438.

²³ Acta Univ. Latv. XIV, Riga 1926, 8 sq.

²⁴ v. 12 χωρὶς αὐλοῦ ~ ἄτερ αὐλῶν, v. 22 δλιγῶν στίχων ~ ὀλιγόστιχος.

quae Callimachi loco illustratur. Hypomnematista Callimachum memoriter laudare videtur.

2. Didymus in Demosthenem, Berliner Klassikertexte, col. XV 33 sq., fr. K 31, Pf. 35. Liber incertus. Wilamowitz ob rem narratam Hecalae tribuit.

3. P. Oxy. 853 (VI, 1908) Hypomnema in Thucydidem, col. X 7 sq., fr. 66a auctum, K 94, Pf. 37. Hecalae. Ibid. X 37 sq. Ob rem narratam Hecalae tribuitur, K 154, Pf. 38.

4. P. Oxy. 1802 (XV, p. 158) Glossarium II/III saec. p. Chr. col. II 43 sq. Callimachi hypomnematum fr. novum, Pf. 61. Fortasse recta via e Callimachi libro.

5. P. Oxy. 2085 (XVII, 1927) Hypomnema in Euphorionem, ut videtur. Fr. 1 col. II 29 sq., fr. novum d, e libro de fluvii: (στι) — καὶ ὁ Μάρμαρος δὲ τῆς Εὐβοίας ἐν τῷ περὶ ποταμῶν Κ. εἰρηκεν.

6. P. Hermopol. 65741 (Antimachi Colophonii reliquiae ed. B. Wyss, Berol. 1935) col. II 13 sq. Incerti libri fr. novum p. οὐκ ἀπὸ τῆς Φυσαδεῖας φησὶν ὁ Κ. τὰς λεχοῦς λούεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ Αὐτομάτης:

Αὐτομάτης εὖνδεξ ἐπώνυμον, ἀλλ' ἀπὸ σειο

Λούεσθαι λοχίην σικέτιν . . . ης

col. II 22 sq. fr. 495, incerti libri. Legendum ἀγνόν, ut scribitur et apud Meletium et in papyro.

b. Hypomnemata Callimachea.

Ambo genera ab Aegypto nobis redditum sunt, et hypomnematum frustula et scholia marginalia. Hypomnematum tria frustula nobis praesto sunt:

1. In Aetiorum I. I (de Argonautis), Wilamowitz, Neues von Kallimachos I, Pf. 4 (fr. 529 auctum). II saec p. Chr. Uberrima scholia, a quodam docto grammatico condita. Lemmata complures versus complectuntur, scholia plus quam decem. Nominum etymologiae proponuntur, mythis auxilio vocatis. Callimachus cum Homero componitur; complures fontes nomine laudato citantur. Fortasse e Theonis exemplari.

2. In Choliambum I. PSI IX, 1929, nr. 1094. Lemmata breviora, quam in hypomnemate Pf. 4, scholia partim sat magni ambitus (b 14—25), partim paucorum versuum. Callimachus cum Homero componitur (b 11). Hypomnematista dicit, quid de poetae

arte sentiat b 26; b 30; explanandi causa mythus narratur b 16; choliambi maius quoddam enuntiatum narratur b 34—35, tota digressione Pf. 9, 103—106 omissa. Etymologiae non leguntur. E cuius exemplati oriundum sit, multis sane rebus iam omissis, difficile dictu est. Non tamen „paupera scholia“ sunt.

3. In hymnum III 107 sq., P. Amh. II (1901), XX, Pf. p. 91; IV saec. p. Chr. Hanc quoque papyrus arctissime cum primis hypomnematum exemplaribus coniunctam esse viva vox docti grammatici testatur, quam in ipso papyri initio audimus, v. 2: δυνάμεθα εἰπεῖν²⁵. Scholia partim brevia, partim ampla. Etiam haec papyrus e bonae notae hypomnemate oriunda est. Omnia ibi legimus, quae in bonis scholiis (e. g. Pindaricis, Theocriteis) videre solemus: etymologias, e. g. fol. r. 8. 9. (duae diversae, una mythonisa, altera mere etymologa), paraphrases, recto 9 (brevissima et optima), mythos explanandi causa amplius narratos, r. 13 sq., verso 26 sq. Cum scholiis a Schneidero editis composita, papyrus multo plura praebet; hic illic scholia „nostra“ ex eodem exemplari manavisse dixerim, unde papyrus oriunda est. — Celadontis fluminis celata etymologia, r. 2, doctrinam „e rerum indole“ profiteri videtur, at contra Stymphaidum etymologia, v. 23, potius obliquas rationum vias. De primi exemplaris auctore nihil certi dici potest. Id unum videmus — antiquam „bonam“ hypomnemistarum doctrinam et diu vivere et pedetemptim seriorum libellariorum culpa evanescere.

c. Scholia marginalia in papyris Callimacheis.

Causas, cur hypomnematum scholia carminum papyris in margine adscribabantur, omnes perspicere nondum possumus. Unum tamen videmus — scholia marginalia, ex hypomnematum libris exscripta, breviora esse quam hypomnematum scholia. Cur et quas hypomnematis partes ii, qui scholia marginalia scripserunt omisissent, nescimus. Vergente aetate sermonem Graecum non plus tam divitem dilucidumque fuisse, ut olim Athenis, papyrorum innumera

²⁵ Ordinem lemmatum turbatum ita explanare ausim: quidam scholis interfuit, quas doctus grammaticus de Callimachi hymnis habebat, et ibi notis — ut fit festinans, paulum sollicitus — hypomnemistae doctrinam excipiebat. Ideo unam alteram glossam in margine, non suo loco, scribebat. Hoc exemplar postea transscrivebant, lemmatibus marginalibus, uti scripta erant, non in ordinem redactis, sed forte Fortuna scholiorum agmini insertis.

series et lapides inscripti monstrant. Bene eruditorum hominum numerus diminuebat sane, at sermonem poetarum omnes fere intellegere poterant, ut prius. In provinciis praesertim multa vetustiora vivebant, magnarum urbium incolis non plus nota. Eadem etiam hodie videmus.

Non igitur ideo hypomnemata et scholia ex antiquioribus exemplaribus exscribebantur aut denuo edebantur, ut lexicorum vice lectoribus usui essent, sed ut ludis scholisque inservirent. Carmina poetarum non solum legebant et ediscebant, sed antea explanabant et partim interpretabantur, ut nostro quoque tempore. Nonne quilibet nostrum, tiro cum esset, carmina clarorum poetarum „ipsius sermone et prosa oratione“ narrare debebat? Nostro tempore quisque fere librum emere potest. Illis saeculis unus fortasse Iudi magister librum habebat, omnes discipuli totum pensum memoriter ediscebant „in verba magistri“. Hanc ob causam tam saepe paraphrases offendimus, hanc ob causam interpretamenta, quae uni alterius nostrum vilia esse videntur. Tamen, candide lector, in veteribus scholiis non pauca invenies, tam bona formula comprehensa, ut melius nemo nostrum eadem dicere possit. Scholarum in usum (quae multo plus quam hodie „scholasticae“ erant), non sermonis cuiusdam vetusti causa hypomnemata in Callimachum (et omnes ceteros) condebantur. Multo serius, cultu et hymanitate Graecorum funditus mutatis, etiam sermo alius factus est. Tum demum scholia tamquam lexica usui esse coeperunt.

Scholia marginalia plus aut minus miserae reliquiae antiquorum hypomnematum sunt. Fortasse homines, minus divites quam ceteri, primi scholia ex hypomnematum voluminibus in ipsorum libri marginibus scribebant. Id dicere velim, scholia marginalia et vera hypomnemata unam eandemque doctrinam veterum grammaticorum nobis servavisse, hic pleniores, illic laceratam aut decurtatam.

Huic nostro libro scholiorum Callimacheorum nova frustula etiam alia de causa, non solum ut eorum genus explanaremus, examinanda erant. Lemmatum causa. Raro dumtaxat haec lemmata in scholiis aut servata sunt aut restitui possunt et nova parvula Callimachi frustula nobis praebent.

1. P. Genav, Pf. 5. v. 6 fr. novum 38 ἔαλεν ἐτάραξε. V. 17—18 fr. novum 107 ἀρχτος; v. 23 fr. novum 108 ξηρασιᾳ; V. 26 iam Pfeiffer recte *Rhyndaci* nomen restituere proposuit, nobis fr. novum 39. V. 27—31 fr. novum 109 (πισυροι); versus nondum restitutus. (Ver-

sui 31 fr. 511 non posse addi Lobel demonstravit, *Hermes* 70, 38). Ad v. 32 Pf. in app. Plin. n. h. 5, 142 laudat de Rhynaco, qui ante *Lycus* vocatus est, nobis fr. novum 110 incertum. V. 42—46 fr. novum 40 latet, *Sarmatidarum* nomen. Scholia ad optimae notaे hypomnema redeunt.

2. Pf. 1. Ut in Pindaricis, numerorum enarratio praecedit.
3. Pf. 6. Parvulae laciniae.
4. Pf. 7, sch. v. 19 Theonis doctrinam etymologam proferunt, sch. v. 38 lemma servaverunt. Inde patet scholia e quodam hypomnematis libro (an ipsius Theonis?) huc transferta esse.
5. P. Oxy. 2079 pauca scholia minutissima servaverunt.
6. P. Mus. Brit., Lit., 181, ex hypomnemate Aetiorum prologum interpretante²⁶. Hic plura lemmata dispici possunt. Col. II 12 οὐκ ἐδίδαξεν ή μεγάλη = v. 12. — II 15 ἔλλατε Βασικανίης = v. 17, fr. 192. — II 22 = v. 22. — II 28 = v. 27. — II 30 = v. 33. — Tum II 45 sq. ή Ἀρσινόη δύω . . . ήν ανωθεν ή ὅτι δεκάτην Μουσαν εκδε . . . Διγεία τοιον γάρ ύπόρωρε Μουσα λιγεία, καὶ Ἀλκμάν· Μῶσ' ἄγε Μῶσ' ἄγε λιγεία. Inde fragmenta nova 41 (*Ἀρσινόη*) et 42 (*Μουσα λιγεία*) recuperamus. — v. 53 fr. novum 43 Ἀρκαδὸν πέμπ(); sequitur sch. ἐπει eqs. III v. 58 fr. novum 44 ως ἐνὶ δὴ πατρίαις, sequitur sch. οὐ τοι ως eqs. — v. 61 fr. novum 45 ἄλλο καλέν, sequitur sch. ἀντί τοῦ eqs.
7. P. Oxy. 2080. Pauca scholia, bonae originis, e. g. col. II 55 etymologia mythi ope explanata.
8. Scholia in h. 3, 46—84, Waddell, Etudes de papyrologie I, 13 sq. Parca scholia, paucorum verborum. Notandum tamen haec scholia in libris mss. non redire. Parvula papyrus omnia igitur nova nobis praebet, discipulorum in usum, non doctorum grammaticorum.

VIII.

27. De Aetiorum librīs.

a. *Papyrorum testimonia examinantur.*

Prologus nobis totus fere in manibus est, P. Oxy. 2079; SF 1, 1—20, nunc PSI XI 1219 1—20; schol. pap. Mus. Brit. lit. 181, op-

²⁶ H. J. M. Milne, Catalogue of the Literary Papyri in the British Museum. London 1927. Nr. 181, p. 148 sq. Papyrus antea in calce P. Oxy. 2079 edita est.

time editus ab Edgardo Lobel, *Hermes* 70, 1935, 32 sq. Quare non est cur de frustulis recte prologo insertis loquentes tempus teramus.

Liber I. Initium nobis innotuit et Diegeseon partis Florentinae ope, PSI XI 1219 21 sq., et e papyris nuper inventis, PSI XI 1217. Primus libellus de Gratiis et de Minois sacrificio, alter de Anaphaeorum et Lindiorum sacris narrabat. Hanc quoque partem Lobel I. l. diligentissime edidit¹. Huic alteri libello magna digressio de Argonautis inserta est, PSI 1217, b 12 sq. et Pf. fr. 5, cf. Lobel I. l. 37 sq. et Pfeiffer, *Kallimachosstudien* 38 sq. Post eam sequebatur mythus de Hercule et Thiodamante, Pf. fr. 7, porro, loco adhuc incerto, mythus de Lino et Coroebo.

Liber II. Huius libri fragmenta in una P. Oxy. 2080 leguntur, ubi Diegeseon exemplum secuti haec capita dispexisse nobis vide-mur: a) exordii instar partem primam papyri, vv. 16—17; b) de Syracusis, Catana, Selinunte (cf. v. 31 c. sch., 35 c. sch.), quod incipit post v. 17, nec certum adhuc, a quo versu; c) de Drepani causa, quod caput manifesto orditur v. 48—57, nam v. 58 sq. Musa respondet, explicit v. 86 sq.; d) de Theodaesiis, quae Haliarti celebrabantur, v. 88 sq. Tum in columna III mythus de Zagreo, quamvis mutilus, dispici posse videtur. Papyro 2080 haec fragmenta reddun-tur: a) exordio fr. 106, col. I v. 12—17. — b) capiti Syracusano fr. 483, col. I 43. — c) capiti de Zancle fr. 361, v. 48; fr. 562 v. 55; 158, v. 66; fr. 22. 172. 502, v. 71—73; — e) Zagrei fabulae fr. 171, v. 119 et fr. 374, quod eandem rem narrat.

Liber III. De Acontio et Cydippa paucissimis absolvemus. A. Dietzler nuper hanc elegiam denuo examinavit². Multa frustula rei narratae causa huic libello inseruit, quae etiam alibi inseri possunt. Quae autem Aristaenetum secutus agnovit, ea frustula (non multa sunt) optimo iure libello de Acontio et Cydippa redditum. Haec sunt: fr. 169, 102, 26, 101, 229.

Qui libri tertii locus Cydippae a poeta datus sit, adhuc nescimus. Papyrus Mediolanensis quinque ultimos libellos narratos ser-vavisse videtur, quos T VXYZ signamus. T, V, X e vestigiis aegre

¹ Lemma diegetae unius vocis est, non duarum. Fr. 491 ipsi Aetiorum libello, nullo modo scholiis Florentinis inseri potest.

² A. Dietzler, *Die Akontioselegie des Kallimachos*. Diss. Greifswald 1933.

divinari³, non restitui possunt; quae narravissent, nemini adhuc notum est. Y col. I 27 causas narrat, cur mulieres Dianam virginem implorent⁴. Z col. I, 37 causas statuae Euthyclis explicat⁵.

Liber IV. Nunc totum fere nobis redditum gaudemus, quae quidem ad fabulas narratas. Sed quia diegeta de digressionibus ubique fere tacet, maior pars eorum, quae Callimachus in hoc libro narravit, desperata est. Haec tamen legimus.

1. Dieg. II 10. De causis coronae laureae, quam Apollo sibi capiti imposuit Pythonem Delphico superato⁶. — 2. — (II 29) De pharmacis Abderitis⁷. — 3. (II 41) De Melicertae sacris Tenediis, a Legibus institutis⁸. — 4. (III 12) De Liparaeo Theugene, ab Etruscis immolato. Nectar commemoratur, tum 3, 14 *Etrusci*, fr. novum 51. Libellus 3 extremus, 4 incipiens nunc etiam in papyro legitur⁹. — 5. (3, 25) De domo, quae ab Atheniensibus „equi et virginis“ nominabatur¹⁰. — 6. (3, 34) De venatore, qui aprum ceperat nec Diana

³ Capitis T paenultimus versus legitur; ultimus, quem breviorem fuisse tabula phototypa monstrat, periiit. Sic optime R. Pfeiffer, I. I. 41, 1. Capitis V (v. 3 sq.) miserae laciniae supersunt; v. 5 fortasse unum nomen substantivum restitui potest, θυγάτηρ aut simile.

⁴ Quae iam N. — V. Callimacho dederunt, ea in indicem verborum modo recepimus (v. appendicem); quae praeterea Callimachea esse perspeximus, ea novis fragmentis inseruimus. De verbis poetae, in grammaticorum sermone latentibus, v. supra. — 1, 30, fr. novum 46, has notiones celat: *Diana, virgo, prima, luppiter, llithyia, Apollo*.

⁵ Fr. novum 47: *pestilentia, Apollo, luppiter, ara, mensis*.

⁶ Quae v. 23 sq. leguntur, excusum narrant, nam enuntiatum a copula γέρο incipit. Antea, in v. 11 sq., quaedam dicta sunt, quae huius libelli indolem illustrabant. Non mirum igitur grammaticum ignotum, qui diegeseon volumen elaboravit, duodeviginti versibus hoc caput descriptsse. — Fr. 414c. — Fr. 364 *alteram* partem recte huc revocavit Pfeiffer, prima pars e libro prosa oratione scripto manavit. — in fr. novo 48 desiderantur: *Apollo, Pytho, draco, manus, Peneus, laurus*.

⁷ Fr. novum 49: *lapis canus, comedere, mensa opulenta, porta Pruris, rex (sacrorum)*.

⁸ Fr. novum 50: *Ino, Tenedus, Leleges, ara*.

⁹ PSI 1218 c 3 versus pentameter manifesto capitis praecedentis clausula est, *Lobel*, Gnomon I. I. 439.

¹⁰ Fr. 493 sic legendum: δέ δέ ἐκ Δοκρῶν τείχεος Ἰταλικού. Quae sequuntur, παρῆν Ἀμύντωρ hypomnematistae sunt, qui haec in collegio viva voce addidit, ut Callimachi enuntiatum ad finem perduceret. Fr. novum 52: *Hippomenes* (jam Schneider, fr. 457, postulavit), *Limone, equus, puella*.

vetere ritu eius dentes sacrificaverat. Menda ithacistica correcta ita legimus ἐπειπέν οἱ (sibi ipsi addixit), δέον (cum oporteret) etc.¹¹. — 7. (4, 1 De Atheniensium muro Pelasgico, quem ipse poeta murum Etruscum nominat¹². — 8 (4, 5) De Euthydemus Olympionica et Temessensibus¹³. — 9. (c. 4, 20) mutilum, de primis simulacris ligneis¹⁴. — 10. (4, 30) De Iunonis Samiae simulacro, vitibus et pelle leonis ornato¹⁵. — 11 (4, 36) De Pasicles Ephesii morte¹⁶. — 12 (5, 3) De Androgeo et portu Phalerico¹⁷. — 13 (5, 9) De Oesydre Thrace et Thasiorum bello¹⁸. — 14. (5, 18) De igni fumoque bipertito in Eteoclis et Polynici funere. Fr. novum 61: *Antigona*. Pfeiffer, Die neuen Diegeseis p. 20 libellum restituens huc fr. 464 rettulit, optime, nostro quidem iudicio. — 15. (5, 25) De Gaio quodam, de Peucetiis et Argonautis¹⁹. — 16. (5, 33) De Argonautarum ancora Cyzicena²⁰. — 17 (5, 40) Coma Berenices. Hic libellus serius additus esse videtur, cum Callimachus iterum Aetiorum libros edendos curaret prologoque et hoc epilogu augeret²¹.

¹¹ Fr. novum 53: *Halous, Diana, populus nigra*.

¹² Fr. novum 54: *Athenae, vicini*.

¹³ Fr. 399. 493. — Fr. novum 55: *Temesa, heros, Ulixes*.

¹⁴ Fr. 105? — Fr. novum 56: *Iuno, lignum, Argos*. — 4,29 ἀγαλματομη
κῆς correi, nescius idem eodem tempore Alfredum Koerte fecisse, Hermes
70, 1935, 120.

¹⁵ Fr. 414a. Media pars b plane aliena, de loco Callimacheo minime constat. — Fr. novum 57: *pellis leonis, luppiter, Hercules, Liber*. — In papyro legitur, non bene dictum λέγεται ὡς τῇ Σαμίᾳ Ήρα περιέρπειν ἔλεγε (Callimachus) τὰς τρίχας ἀμπελος (lege ἀμπελον). Hoc non mutandum. Semel atque iterum videmus eum, qui papyrus scripsit, festinavisse et neglegenter e longis enuntiatis brevia fecisse.

¹⁶ Fr. novum 58: *Ephesii, mater, sacerdos (femina), lucerna*.

¹⁷ Fr. 33b. — Fr. novum 59: *via Phalerica, navis, Piraeus*.

¹⁸ Fr. novum 60: *Parii, Thasi, Bisaltae*.

¹⁹ Stroux et Koerte I. I. 236, 4 C. Spurium Carvilium (Cic. de or. 2, 249) cognoverunt. (Quae Stroux scripsit, attingere non potui). — Fr. 392. — Fr. novum 62: *muri, Roma, Romani, Caius, femur, mater*.

²⁰ Fr. 547 ὅτι τῆς Δολονίας ἦστι Callimachi verba sunt, a scholiasta fortasse paulum mutata; haec in excursu dicta erant. — Fr. novum 63: *Argonautae, Cyzicus, ancora, Minerva*.

²¹ Non video, cur hoc carmen Aetiorum ultimi libri ultimo loco non ascribendum sit. Spatii rationes libellarius minime curabat: 2, 41 versum Callimachi scripsit, solum, ne dicam desertum, et 3, 1 narrationem incipere iussit; 3, 39

Libri incerti. Omnes fere fabulae quarti libri nobis a diegeta narratae sunt. Ideo certi argumenti frustula, quae huc non quadrant, uni e prioribus tribus libris vindicanda sunt, — exceptis minoris ambitus narratiunculis, quae digressiones esse ideoque nulli certo libro adsignari possunt. Etiam fr. Schneideriana potius primi aut secundi libri esse videbuntur, ea nempe, quae a grammaticis laudantur. Quae autem a litterarum amicis venustatis gratia aut, ut cum aliorum poetarum libris componerentur, allata sunt, haec e quovis libro laudata esse possunt.

Papyri, quae nondum certo libro inseri potuerunt, hae sunt. Pf. fr. 3. 6. 8.²² et e fragmentis nuper prope Oxyrhynchum in tumulo Ali Gaman repertis²³ PSI 1218 fr. a et b²⁴.

b. *Quo ordine Callimachus Aetiorum libros composuisse videatur.*

Si res a poeta narratas intuemur, singulos libellos (de totis libris nihil fere constat) nulla ratione inter se coniunctos esse vide-

versum nimis brevem scripsit; 4, 37 sq. cum totum caput in hac columna scribere posset, unum et dimidium versum in sequenti reliquit. Aetiorum libri quarti signum Δ, Hecalae nomen columnae inseruit, choliambis nihil inscripsit, Diegeseon subscriptionem extra ordinem supra scripsit, id est postmodum addidit, cum menda corrigeret. Cum autem pulchritudinem libri non curaret, — inspice, quaeso, tot versus immunde correctos — Comam si non iusto loco scripsisset, sine dubio quoquo modo correxisset. Choliamborum initium respice: non dubitabis primos versus diligentius scriptos esse. Hic igitur, in Choliambis, novum volumen, nova carminum series incipit. Si Coma Aetiorum pars non fuisset, segnis noster libellarius post c. 16. Diegeseon nomen subscripsisset, quo commodius meliusve in nova columna novum librum scribere posset. — Quod compluribus placuit — Callimachi carmina mutato ordine narrata esse, — talem conjecturam aptam esse non dixerim. — Catulli Carmen si non haberemus, e solis diegeseon libri verbis fr. 34 in initio collocatum esse perspicceremus (Catulli v. 7 sq.). Nova papyrus versus 35c et 446 suo loco restituit. De fr. 35 et 35b nihil certi constat, at fr. 35d nullo modo huic carmini inseri potest.

²² Iam vidimus fr. 109 duas recensiones testari; Pf. fr. 8 (P. Oxy. 1362) cum subtilioris, melioris igitur recensionis sit, alterius, id est, ab ipso poeta correcti Aetiorum exemplaris testis esse videtur.

²³ G. Vitelli, Nuovi frammenti degli Aitia di Callimaco. Annali della R. Scuola Normale Superiore di Pisa, ser. II vol. III fasc. I. Bologna 1934 — XII, 1—12 cum tab. A et B nunc PSI XI nr. 1217, C nr. 1218.

²⁴ Quarto libro ne inseramus Diegeseis monstrant, Aetiorum priori parti vindicare multa fragmenta Schneideriana suadent.

mus²⁵. Quod olim Schneider aliique de Callimachi quovis libro, certis finibus circumscripto, iudicaverunt, a papyro Mediolanensi ad absurdum deductum esse videmus. Quarti dumtaxat libri capita inter se nulla certa ratione coniungi possunt. Quod autem hic apparet, in reliquis tribus libris idem fuisse videtur. Plura dicam: non dubium est, quin idem fuerit. Diversissimae res, nec arcte nec omnino inter se coniunctae una alteram excipiebant. Si rerum narratarum ordinem, qualis fuerit, quaerimus, id unum affirmare possumus poetam ingenium suum (Ovidii pace dicemus) secutum esse, non quasdam rationis leges; nam Callimachus poeta, non doctus bibliothecarius hos Aetiorum libros scripsit. Donec leges, quas poetae ingenium sequebatur, nobis non notae erunt, nec trium priorum librorum res narratas restituere poterimus, nec ordinem, quo eos composuerit. Nam hoc alterum, qua arte singula capita inter se coniungebantur, ne papyrus Mediolanensis quidem, ceterum felix, nobis demonstravit²⁶. Poeta, qui tam subtili ordine hymnorum partes non tam coniunxit, quam digressionibus minimis maioribusve potius seiunxit, in sacris diebus, cognominibus priscis canendis singulos libellos permultis variisque modis in perpetuum librum deducere potuit. Id unum iam nunc constat poetae verbis confirmatum — Callimachum nullas regum virorumque fortium res gestas longo carmine celebravisse (prol. v. 4): e. g. Argonautae et in aliis carminibus et in Aetiorum libris pluries redeunt. Considera si placet iambum IV de Argonautarum certamine in insula Aegina, Aetiorum librum I, ubi in digressione Aeeta loquitur²⁷, libri IV libellum 16 de Argonautarum ancora Cyzici relicta. Sat est horum trium meminisse, ut videas poetam huius magni mythi, qui ipsius temporibus cuivis notus erat²⁸, satis superque non uni Callimacho, partibus tantum usum esse, nimis longa narratione in minora membra diffracta. At qui carmen Posthomericum ita odit, ut omnia faceret, ne ipsius carmina huius similia essent^{28a}, eum Aetiorum libros tali ordine composuisse, ut e. g. primus liber de sacris ageret, alter de diebus, tertius de cognominibus, quartus de eis, quae tribus primis inseri

²⁵ N. — V. p. 12 poemetti di occasione independenti. 14, 1 poemetti.

²⁶ Hac in re infelix; Iudi magister nec ipse belle scribere novit, nec poetae carminum floribus tam suave olenibus gaudere umquam didicit.

²⁷ Excursus est, non caput sui iuris.

²⁸ Ut olim iam Ἀργώ πᾶσι μέλοντα μ. 70.

^{28a} Call. ep. 28.

non potuerunt, minime veri simile est. Nec eis, qui primi libri tres primos libellos ideo de sacris narrare putant, ut sacrorum narrandorum series evadat, nec eis, qui capita IX et X arcte coniuncta esse rati sunt, quoniam poeta de Iunonis sacro simulacro in amboibus narraret, assentiri possum. Quia quisque poeta ea, quae ad deos pertinent, in ipso initio collocare solet, Callimachus quoque in Aetiorum initio pietatis causa, non ob artem monstrandum, de sacris quibusdam institutis narravit. Prima tria capita, quamvis de sacris narrantia, tota constructione, verbis, nominibus, rebus diversissima fuisse necesse est. Eadem de libri quarti simulacris, Iunoni consecratis, dicenda sunt. Unum nomen Iunonis his duobus libellis commune est, nec ullum aliud. Nam IX de simulacrorum sculpendorum arte inventa agit, X autem Iunonis privignorum signa, pampinum et leonis pellem, in maiorem deae gloriam statuae ornamento addita esse narrat. Eius quoque non oblivisci oportet — ipsos libellos „caesarum“ aut melius aut minus bene nobis notos esse, non autem filia, quibus poeta eos coniunxit. Qua in re Ovidii Metamorphoseon libri multa nos docere possunt, nam multis modis poeta Sulmonensis singulas librorum partes inter se coniungere operam dabat. Non eandem²⁹, sed similem artem etiam Callimachum exercuisse par est. Ut Ovidius mythos sive fabulas de formis mutatis, sic Callimachus seriem Causarum quattuor libros efficere iussit, eundem in modum atque Ovidius, quem modum fines certos circumscriptos, rem narratam tamquam margine amplexos, nominare placet³⁰. At eas certe partes, quibus poeta singula capita ligabat, velut illud Ovidianum „amnis ab his tacuit“, quarum unam alteramve in manibus tenemus³¹, primi diegeseon exemplaris auctor non reddendas putavit. Quare SF et papyrus Mediolanensis in hac subtili poetae arte restituenda nullum nobis auxilium ferunt.

SF et pap. M. id volumen Aetiorum neverunt, quod a prologo Telchinas increpante incipit et comam Berenices in extremo quarto libro praebebat. Quod volumen ab ipso poeta iteratis curis editum esse veri simillimum est, nam has partes nemo nisi Callimachus cum

²⁹ Imprimis quia Callimachus perpolitum opus nobis reliquit, Ovidius primum rude quoddam indigestumque exemplar.

³⁰ Ut senioribus saeculis Boccaccio (Decameron), Arabum Persarumque Mille et unius noctis multae partes etc.

³¹ e. g. Pf. fr. 8 init.

priore exemplari ita coniungere potuit, ut unum continuum opus efficerent³². Ipsos autem quattuor libros omnes fere philologi iam prius publici iuris factos esse putant, nec singulos, sed uno tempore totum quattuor librorum volumen. Hoc si verum est, Callimachum Causarum libros bis edidisse videmus. Alterum exemplar solum usque ad nos remansit; primi exemplaris vestigia perraro offendimus³³. Ovidius autem, qui carmen perpetuum ad sua tempora deduxit, testis nobis esto etiam carmen de coma Berenices exemplari multis noto insertum fuisse.

28. De Hecalae carmine restituendo.

Clarissimum illud carmen totum restituere nondum possumus. Post multos alios, inter quos imprimis Ida Kapp nominanda est³⁴, qui omnes rem narratam examinabant, nunc e fatis frustulorum exorsi tutius quodammodo fundamentum struere conati sumus.

Fontes haec monstrare videntur. Si quis liber locum Callimacheum laudat carmine quoque laudato, dubitare non possumus. Omnes ceteri fontes, quae quidem ad frustulorum fata, in duas partes describendi sunt: pars recta via Hecalei hypomnematis partiunculas nobis servavit. Hoc hypomnema si agnoscere possumus, non est cur de origine Hecalea dubitemus. At hoc hypomnema certa via apud unum Suidam, minus certa apud alios Byzantinos agnosci potest. Altera pars versus Callimacheos laudat non ex hypomnemate, sed e lexeon libris. Si hos lexeon locos agnoscere possumus, tamen nihil certi de libro constat, unde locus Callimacheus laudatus sit. Qui lexeon frustula ab hypomnematum reliquiis different, supra vidimus. Ideo totus index versuum, qui adhuc Hecalae vindicabantur, examinandus erat, ut, frustuli fatis origineque perspecta, veros Hecalae versus ab incertis secernere possemus.

Nova via reperta novum, minorem, indicem frustulorum statuere coactus sum. Et Ida Kapp, et ipse, uni veritati inservientes, indices nostros confecimus. Diversis viis eentes diversa, partim salttem, invenimus. Futuris annis alii meliores vias invenient, qui etiam hunc novum indicem non tam bonum esse monstrabunt, qualis nunc esse videtur. In versuum fata inquirentes haec invenisse nobis videmur.

³² cf. e. g. H. Hertel, R E Suppl. V 410, 20 sq.

³³ e. g. fr. 109, Pf. fr. 8, 11 sq.

³⁴ Ida Kapp, Callimachi Hecalae fragmenta. Berolini 1915.

A. Versus ex Hecala removendi, quia aliorum carminum sunt.

Fr. 19, K 61: Aetiorum 1. II. — 190, K 32: Aetiorum, libri incerti, Pf. 8, 49. — 246, K 23: Aetiorum, libri incerti, PSI 1218, 2 (versus pentameter). — 339, K 114: h. 6, 86 (Suidas A 1592). — 467, K 83: Aetiorum 1. I, libellus 1, Lobel Hermes 70, 34³⁵. — an. 27, K 133: sustulit Ada Adler, Suidas H 250. — an. 72, K 113: incertum, cuius poetae.

B. Versus plane incerti,

quorum origo ex Hecalae carmine aut e quovis alio noto libro Callimacheo adhuc demonstrari non potuit (hic imprimis ei loci culpandi sunt, qui a lexeon libris citantur).

Fr. 144, K 51 Huic frustulo tres notiones addenda sunt: *tu, deplorare, mori.* — 182, K 102 (an ex Ibide?). — 185, K 148. — 186, K 149. — 219, K 151. — 251, K 69. — 272. — 273, K 150. — 304, K 118. — 310, K 59. — 318, K 67. — 326, K 152. — 340, K 115. — 349, K 3. — 418, K 107. — 497, K 106. — an. 42, K 88. an. 313, K 67. — an. 325, K 63. — an. 332, quod cum K 84 coniungi nostro quidem iudicio non potest. — K 31, Pf. 35. — K 71³⁶. — K 154. — Fortasse olim tempora venient, quae redditis nobis novis papyris unum alterumve horum frustulorum Hecaleo carmini vindicabunt.

C. Certa frustula

satis superque remanserunt. At pars tantum, et longe non omnia, certo carminis loco reddi possunt. Carminis restituendi opus mussivum ideo totum perficere non possumus, quod cum magnae Aetio-

³⁵ v. PSI XI 1219, 23 sq. Gregorium Nanziensem autem, ut temporum Nonnianorum poetas, non unum quodvis Callimachi carmen, sed omnia lectitavisse par est.

³⁶ Totus versus οὐ γάρ ἔην νήκουστα ἐπήσια δεῖπνον Ἐκάλεια Callimacheum colorem reluet, non modo altera pars: pura puta digressio est. Iam Ida Kapp rarum νήκουστα enotavit. Igitur aut versum Callimachi esse dixerim, aut Michaelem Acominatum optime poetae Cyrenensis vestigia presisset. Si a poeta Byzantino scriptus est, Callimachi esse non potest; si Callimachi est, non ex Hecala est, nam rem diu notam narrat. Ne obliviscamur poetam Cyrenensem semet ipsum pluries citavisse, cum rem alibi iam narratam in novo carmine iterum commemoraret.

rum papyri, tum hymni artem poetae tam subtilem, tam ingenii plenam, tam arti logicae rationibusve ieiunae prudentiae male oboedientem esse monstraverunt, ut nemo nostrum totum carmen restituere auderet. Etiam Callimachi parentheseon enuntiata certo loco vindicari non possunt³⁷.

Diegeseon papyrus (10, 20 sq.) totum carmen ita narravit, ut solum „Ariadnae filum“, nunquam fere excursus commemoraret. Maior igitur pars carminis a diegeta non narrata est. Hanc narrationem, brevem, ieiunam, vilem fortasse (quae magna cum arte totam fere poetae narrandi artem conticuit), — perutilem tamen, secuti, totum librum in hasce partes discripsimus³⁸.

1. Θησέας, φυγών τὴν ἐκ Μηδείας ἐπιβουλήν,
2. διὰ πάσης ἦν φυλακῆς τῷ πατρὶ Αἴγει,
2. digr.³⁹ ἀτ' αἰφνίδιον ἀνακομισθὲν ἐκ Τροιζῆνος μειράκιον ἀντῷ σὺ προσδοκήσαντι.
3. βουλόμενος δὲπὶ τὸν λυμαινόμενον τὰ περὶ Μαραθῶνα ταῦρον ἔξελθεῖν, ὅπως χειρώσαιτο,
4. καὶ εἰργόμενος,
5. κρύφα τῆς οἰκίας ἔξελθὼν περὶ ἐσπέραν ἀπῆρεν.
6. αἰφνίδιον⁴⁰ δὲ νέτου ῥαγέντος
7. κατ' ἐσχατιὰν οἰκίδιον θεασάμενος Ἐκάλης τινὸς πρεσβύτιδος
8. ἐνταῦθα ἔξενοδοκήθη.
9. πρὸς δὲ τὴν ἔω ἀναστάς
10. ἔξηει ἐπὶ τὴν χώραν.
11. χειρωσάμενος δὲ τὸν ταῦρον
12. ἐπανήγειρι ὡς τὴν Ἐκάλην.
13. αἰφνίδιον⁴¹ δὲ ταύτην εὑρὼν τεθνηκοῖαν
14. ἐπιστενάξας ὡς ἐψευσμένος τῆς προσδοκίας,
15. ἀ ἐφῆμισεν μετὰ θάνατον εἰς ἀμοιβὴν τῆς ξενίας αὐτῇ παρασχέσθαι,
16. τοῦτο ἐπετέλεσεν, δρόμον συστησάμενος,
16. digr. δν ἀπ' αὐτῆς ὠνόμασεν,
17. καὶ τέμενος ἰδρύσατο Ἐκαλείου Διός.

³⁷ Der Digressionsstil des Kallimachos.

³⁸ Partes, capita, membra, gradus — haec omnia carmini restituendi causa sic a nobis designari, nullo modo poetam sic libellum suum divisisse Callimachi amicos monitos velim.

³⁹ Magna digressio est, quam is, qui Diegeseis confecit, tamen narravit.

⁴⁰ Iam post paucos versus idem „repente“ redit. Vides ieiunam mentem eius, cui poetae sermo tam amoenus prosa oratione reddendus erat, nec miraberis eum de carminis coloribus nihil dixisse.

Suidas, primus inter ceteros testis, multa nobis servavit; e voluminibus ab Ada Adler editis quosdam versus addere potuimus, quibus pauca accesserunt e papyro Mediolanensi enucleata. Haec sunt: fr. novum 33: Dieg. 10, 20 § 1 *Thesei* nomen. — fr. novum 64: 10, 20 § 1 *Medeae* nomen. — fr. novum 65: 10, 21 § 2 *Aegei* nomen. — fr. novum 66: 10, 22 § 2 digr. *Trozenis* nomen. — fr. novum 67: 10, 25 § 3 *taurus Marathonius*. — fr. novum 68: 10, 30 § 7 *Hecalae* nomen. — fr. novum 69: 10, 33 § 12 *Hecalae* nomen. — fr. novum 70: 11, 7 § 16 *Iovis Hecalei* nomen.

Pars fragmentorum certo loco attribui potest, de multis versibus ambigitur: et uni cuidam et alteri et tertio carminis loco vindicari possunt. Cum nostrum esset omne certum extollere, multa frustula, quae aliis certissima videbantur, inter versus ignotae sedis removere coacti sumus. Sed etiam certi versus (qui nobis tales videbantur) fortasse falso loco vindicati sunt. Veritatem, quam petebamus nec ubique repertam esse putamus, post nos alii, a benigna Minerva papyris adiuti meliorem clarioremque reperient. At si quis e meris frustulis carmen redintegrare conabitur, memor esto poetae opus non a ratione, sed solum ab ingenio poetae, Calimachei similis, restitui posse.

Paucissimis versibus exceptis ordinem, quo frustula sese sequabantur, non indicavimus, sed fragmentis per paragraphos (sit venia verbo, poetae carmini minime apto) discriptis Schneideri ordinem secuti sumus. Nimis enim de versuum ordine vero aut non vero disceptari potest.

65 non fragmentum, sed testimonium est, ab Ida Kapp optime testimoniorum seriei (nr. X) vindicatum.

§ 1. Ipsum primum versum fr. 348 papyrus Mediolanensis integrum nobis redonavit. Quae ibi leguntur, cum eis, quae in carmine narrata putamus, non facile coniungi posse videntur. Lepidissime igitur N. — V. de hoc versu iudicaverunt⁴¹. Fortasse poeta matronam, totam carminis fabulam narrantem, finxit; similia plures legimus⁴².

⁴¹ N. — V. p. 2 „Divinae Comoediae“ primum versum laudant, qui eiusdem indolis est, Nel mezzo del cammin di nostra vita. — Animadverte, si placet, pueris puellisque tam carum „Fuit olim...“

⁴² e. g. fr. 442. Novimus Icium hospitem, novimus Xenomedis librum; tum poeta non raro deos sibi res veteres explicare iubet, e. g. Callipam aut Ha-

Quae sequuntur, ita describere ausi sumus: a) Theseus apparet 124, K 137⁴³; an. 159, K 137. — b) Medea insidias parat 53, K 78; 451, K 116; an. 11, K 109; an. 34, K 20; an. 41, K 25; an. 58, K 110; an. 63, K 108; fr. nova 20; 33; 64. — c Aegeus filium agnoscit 66h, K 72; 311, K 35; 344, K 143; 510, K 79; an. 53, K 80; an. 64a. — d) Aegeus Medeam vituperat an. 54, K 141; an. 55, K 50.

§ 2. 143, K 76; 166, K 99; 256; 309, K 125; an. 50, K 140⁴⁴; fr. nova 22; 65.

Apud diegetam sequitur magnus excursus de Thesei puerilibus annis. Verum locum huic carminis parti vindicare non possumus. Monendum praeterea unum alterumve Thesei casum e rebus gestis (nec novimus, quos) fortasse a iuvene Hecalae narratum esse (§ 8). Ideo, quae ad hos versus (§ 2 digr.) recte describendos, adhuc nihil certi constare putamus. Haec fr. enumerare audemus: 51a, K 73; 66, K 72; 313, K 73a; 477, K 98; 567, K 74 (hoc fr. non fatorum, sed rei narratae causa hic insertum); an. 331, K 73a; fr. nov. 66.

§ 3 434, K 53⁴⁵; fr. nov. 67.

§ 4 nihil certi⁴⁶.

madryadas. Etiam alii poetae dei aut hominis persona usi sunt, ut facta tamquam ad fontes redire iuberent; non haec formula id novum est, quod Callimachus arti suae indidit, sed id, quod non veritus est re vera libellos, unde materiem carminibus sumpserit, nomine inscripto laudare.

⁴³ Ignotus iuvenis in regia apparet, quales peregrinos tragoeadia semper noverat.

⁴⁴ Lucernae vitreae regiae Athenensi aptae; dixerit poeta de cena sollemni.

⁴⁵ Non tamen certum, nam excursus est, qui etiam alibi collocatus esse potest, e. g. inter ea, quae de Thesei Victoria narrabantur (infra 10 aut 11). — Testimonium Et. Flor. p. 108 non integrum est. Prima pars ἔλλειψα τὰ βλέψαρχα cum insequenti, ubi Callimachi verba citantur, non cohaeret. Inter utramque talia fere exciderunt, ut ἔλλειψα ἔργα (talia sunt:) Καλλίμαχος eqs.

⁴⁶ Aegeus fortasse filium sacris sollemnibus adesse iussit, e. g. 66a, K 94. Non tamen video, quomodo K 93 cum hoc fragmendo iungi possit, cum K 94 plura sacra enumeret, K 93 autem (mera digressio) cuidam alii sacro opponatur. Liberi nomen in utroque occurrere nihil refert. At optime R. Etymologici genuini testimonium Hecalae dedit, cum Cecropidarum laudatorum causa, qui hos versus Attico mytho vindicant, tum propter Suidae glossas, quem Hecalae hypomnemate diligenter usum esse constat.

§ 5⁴⁷ 59, K 145.

§ 6. Cum Theseus proficisceretur, caelum serenum erat⁴⁸. Huc duo fr. quadrare videntur an. 24, K 8a; an. 36, K 8b. Tum imber tempestasque describuntur 216 K 18 (huic carmini dandum propter unum hypomnematis frustum, Suid. A 636); an. 8, K 119; an. 10, K 9; an. 30, K 134; an. 32, K 12 (versus initium optime ab Ida Kapp correctum); an. 46, K 10; fr. nov. 17; 19.

§ 7. 41, K 1; 66b, K 2; 124, K 4; fr. nov. 21 (Hecala a vicinis irriga); 68.

§ 8. Non ut carmen restitueremus, sed ut versuum reliquias rei narratae causa in ordinem redigere possemus, has partes statuendas rati sumus: a) de Thesei adventu 245, K 7; an. 4, K 112; an. 45, K 13 (artis hellenisticae „realis“ memento!). — b) Hecala madidum iuvenem curat 237, K 15; an. 19, K 47; an. 60, K 21; an. 66, K 19. Perinde ac saepe apud Homerum legimus, Hecalam Theseo lavationem curavisse par est⁴⁹. Theseus, dives felix iuvenis, qui paupertatem non novit⁵⁰, ex Hecala querit, quo vasi, pedes ut lavaret, uteretur. — c) cena rustica 50, K 28; 63, K 30; 64, K 29; 66c, K 16; 157, K 132b; 232, K 26; 289, K 17; 454, K 32a; K 33. — Praeterea quasdam colloqui partes dispicere possumus. Post cenam⁵¹ Hecalam quaesivisse, quisnam iuvenis esset, Theseum respondisse, Hecalam denuo locutam esse facile videmus. Non tamen omnia tam bene dispertiri possumus, ut quisque nos-

⁴⁷ Duas res narratas esse part. aor., cum alio verbo coniunctum, ultra testatur. Prior enuntiati pars iuvenem clam domo profectum esse monstrat, altera, quamquam corrupta, Theseum iam sat longe ab urbe abesse aut simile quodam significare videtur.

⁴⁸ Sic εὐθιος interpretari debemus, nam tempus describitur, non iuvenis; primi versus coniuncto δέ (θέρμετο δέ χθών) copulativa est, non adversativa.

⁴⁹ Callimachum non Homeri verba versusque imitatum esse, sed, antiquorum temporum memorem, heroum mores ut recte describeret curavisse pro certo habemus.

⁵⁰ Ipse Callimachus nunquam dives fuisse videtur; cum paupertatis curas bene novisset, semel atque iterum divitis pauperisque statum contrarium pinxit, e. g. in Aetiorum prologo (P. Maaß) aut in Aetiorum libro primo (?), fr. 317.

⁵¹ Mos inde a remotissimis usque ad nostra tempora idem mansit. Ne hic quidem Callimachum doctum esse dicere possumus. — Graeciam cum peragarem, hoc ipso hospitio Homericō apud agricolam Argivum me fructum esse grato laetoque animo recordor.

trum vult. Pauca, quae ipse poeta narravit, d) praecedere iussimus, quamvis persuasi veros locos his carminis partiunculis nondum vindicari posse: 47, K 14⁵²; an. 5, K 52. — e) Hecala, ut par est, prima Theseum interrogat, quis esset⁵³. — f) Thesei responso fortasse haec tribui possunt (quid de suis rebus gestis narraverit, plane incertum) 49, K 44. Hypomnematista Hecalam ναι μὰ τὸν nec plura iuravisse testatur; ideo longum illud responsum sive iusurandum Theseo dandum est. Cum his verbis 315b coniungendum esse putamus: iuris iurandi formula tripartita, tribus gradibus crescens evenit. an. 20, K 77. — g) Hecala loquitur 44, K 42a; 66d, K 45; 66e, K 38; 149, K 41; 302, K 128b; an. 15, K 127; an. 43, K 34; an. 62, K 81. Hecala matronarum more, et vitae suae orbae memor, Thesei matrem felicissimam esse dicit, dignam, quae in feminarum conventu laudetur⁵⁴. — h) Hecala lectum parat an. 35, K 46.

§ 9a. Nox et primum mane a diegeta non narrantur. Tabula Raineriana hanc carminis partem nobis servavit. Quae Iosephus Zingerle olim observavit, optime cum diegeseon papyro concinunt⁵⁵. Columnae II—IV antea scriptae sunt, (nobis § 9a) col. I postea (§ 11). In columnis II—IV aves colloquuntur, tum dies fit⁵⁶. In tabulae Rainerianae columna IV, K 64, haec Schneideriana redeunt: an. 40; 551; 255; 42; 278 et praeterea Suidas Σ 1099. Huc praeterea referimus 61, K XI; 141, K 61; 164, K 66 (rei narratae causa); an. 12, K 11; an. 21, K 130. —

§ 9b. Theseus proficiscitur: nullum certum fr.

§ 10. 56 = 528, K 92; 57, K 95; 367, K 147; fr. nov. 24.

§ 11. Hac ex parte celeberrima plura frustula superesse non

⁵² Fungos umidi aeris causa crescere antiqui iam perspexerunt; quare fungi, hoc in versu laudati, non solum ante, sed etiam post imbre apparere potuerunt. Ante procellam dies erat; igitur haec lucerna post imbre lucebat.

⁵³ Non ut Homerum imitaretur, sed Graecorum mori ut indulgeret. Poetae verba restitui non possunt.

⁵⁴ ἐν ἀγρομένησ' nemo nisi mulier dicere potuit.

⁵⁵ Th. Gomperz, Aus der Hekale des Kallimachos, Wien 1897, p. 14 sq.

⁵⁶ R. Pfeiffer Hecalam cum vicina anicula colloquenter totam hanc fabulam ei narravisse putat. Leguntur sane similia apud Callimachum, ut „loquentis“ narratio de Minervae lavacris, h. 5. Cum autem diegeta Theseum mane *experrectum* proficiisci narret, aves potius quam feminas colloqui putaverim.

mirum. 46, K 138; 234, K 85; 249, K 56; 275, K 57; 288, K 58, 6; 345, K 139; an. 1, K 111a; an. 7, K 111b; an. 44, K 49; an. 59, K 58, 14—15; an. 64, K 48; an. 389, K 55 (rei narratae causa).

§ 12 fr. novum 69.

§ 13 17 8, K 27; fr. novum 18.

§ 14 131, K 70.

§ 15 an. 14, K 126.

§ 16 fr. nov. 70.

D. *Incertae sedis frustula*

haec sunt: 45, K 101. — 48, K 104. — 51, K 39. — 52, K 103. — 54, K 86. — 55, K 100. — 58, K 105. — 66a, K 94, Pf. 37. — 66f, K 84. — 66g, K 87. — 100, K 96. — 183, K 122. — 184, K 121. — 252b. — an. 13, an. 28, K 124 (fortasse quidam taurum consecratum alloquitur). — 290, K 101a. — 299, K 144. — 301, K 117. — 303, K 142. — 308, K 136. — 312, K 132. — 350, K 90. — 356. — 378, K 75. — 385⁵⁷. — 427. — 428, K 40 (rei narratae causa) 475, K 89. — 476, K 120. — 478, K 97. — 532. — an. 2, K 6. — an. 3, K 68. — an. 6, K 22. — an. 9, K 123. — an. 18, K 129. — an. 22, K 128a. — an. 23, K 42b. — an. 26, K 131 (fortasse Hecala de quadam puella⁵⁸ loquitur). — an. 31, K 24. — an. 37, K 135. — an. 38, K 87, adde (*τροχοί*) Suidas K 2239. — an. 39, K 82b. — an. 45a, K 91. — an. 48, K 5 (*χειρέσσαι* addere non oportebat). — an. 56, K 36. — an. 57, K 54 (cf. supra ad 252b). — an. 61, K 146. — an. 65, K 43. — K 93, Pf. 36. — K 153 Callimacho reddendum (*ἀρρηφόρια*); — fr. nova 23; 25; 26.

⁵⁷ In excursu: „Callisto alio nomine appellatur“ hypomnematis apud Suidam N 551.

⁵⁸ Haec Hecker de ove, Schneider de sue dicta putaverunt, quam interpretationem Ida K app optimo iure minime certam esse dixit. Unus Suidas scholium servavit, nam de Hesychio, qui aliis verbis glossam interpretatur, parum constat. θάλλος iam Homeri temporibus vitae gaudium significat, ἀνατρέψειν non solum nutrire est, sed etiam educare. Suidae (id est Sulustii) nomen θαύματι cum in malam partem interpretari possumus, tum in meliorem, praesertim cum iuxta θάλλειν positum sit, quod florendi notio est. τὴν μεν —; huic toti enuntiato alterum contrarium oppositum erat.

29. De aliis Callimachi libris.

Quaestionem nostram de Callimachi librorum fatis cum instueremus, in Aetiorum libros et Hecalam inquirendum statuimus. At cum Digeseon papyrus tot alios libros quamvis brevissime narratos nobis reddidisset, etiam hos examinandos esse e re visum est. Tres carminum series nobis redditae sunt, Choliamborum, Iamborum, Carminum (melicorum).

a. De Choliambis.

Quotquot P. Oxy. 1011 nobis olim donavit et R. Pfeiffer iteratis curis doctissime edidit, Edgarus Lobel felicissime redintegravit⁵⁹. Praeterea P. Oxy. 1011 cum P. O. 1363 coniungi potuerunt⁶⁰. E. Lobel qua est comitate benignissime mihi permisit, ut hanc Choliambi I partem iterum ederem.

- | | |
|-------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| (Pf. 9, 92) | 'Ακούσαθ' Ιππώνακτος — οὐ γάρ, ἀλλ' ἦκω fr. 92
έκ τῶν, δόκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν, fr. 85
φέρων ἵαμβον, οὐ μάχην δεῖδοντα fr. 90 |
| (95) | τὴν Βουπάλειον .. γα ἀνθρωπος |
| 5 Lobel | ... β ειν P. Oxy. 1363, 1 =
= Pf. 10, 1 |
| |] νδρες οι νῦν [] κεπφ. fr. 81 |
| |] τηγλυσθ' οιμ [Διω] νύσου |
| |] τε Μουσέων . α []. Ἀπόλλωνος. |
| | ές τὸ πρὸ τείχευς ἱρὸν ἀλέες δεῦτε, (5) fr. 86 Dieg. 6, 5 |
| 10 | οὐ τὸν πάλαι Πάγγαιον ὁ πλάσας Ζῆνα
γέρων λαλάζων ἀδίκα βιβλία ψήχει. |
| |] ι γάρ ἐντὸς ου [|
| |] ἀγγ τις ἡ πολ [|
| |] ντα βωμοὶ τ [(10) |
| 15 |] ν πρὸς "Αἰδην [|
| | ἄν] δρες, ὄκδσοι βο [|
| |] γδοι Μοῦσα τ [|
| |] γονος τις ἐμ [|
| |] δε καὶ τὸν ὅς χ [(15) |

⁵⁹ Hermes 69, 1934, 167 sq.

⁶⁰ M a a s, Gnomon I. I. 439 Edgari Lobel litteris laudatis.

20] νέταίρην ατ [
 ι] αιμβον σστι [ε
 S.]. ώς τις τούς ν [
 Τ] άμετρα τοις [
 Ι,] νοστις τηι [
 π] ολλούς . εν [
 Ω 'πολλον, ώνδρες· ώς παρ' αιπόλωφ μῆιαι,
 η σφήκες ἐκ γῆς, η ἀπὸ θύματος δελφ[οι]
 ... μεύουσιν. ω 'Εκάτη πλήθευς!
 δ ψιλοκόρσης τήι πνοήν ἀναλώσει
 30 φυσέων, δκως μὴ τὸν τρίβωνα γυμνώσῃ.
 σωπή γενέσθω καὶ γράφεσθε τήι ρήσιν.
 'Ανήρ Βαθυκλῆς Ἄρκας (οὐ μακρὴν ἄξω)
 — ω λωστε, μὴ σίμαινε, καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς
 μέγα σχολάζω (δεῖ με γὰρ μέσον δίνειν
 35 ... εν Ἀχέροντος) — τῶν πάλαι τις εὐδαιμων
 ἐγένετο· πάντα δ' εἰχεν, οἰσιν ἀνθρώποι
 (Pf. 9. 108) θεοί τε λευκὰς ἡμέρας ἐπίστανται

Imprimis omnes choliambi quam brevissime examinandi erunt.

Choliambus I Dieg. 6, 3—23, de Bathyclis poculo. Hic sat multa fragmenta Schneideriana redeunt, ut in primo quopiam libro par est.

Sublatum est fr. 98c, Lobel ad fol. II versum v. 17.

fr. 92, Dieg. 6, 3, P. O. IIv. 1, Pf. 9, 92. — 85, D. 6, 3 sq., IIv. 2., Pf. 9, 93. — 81, IIv. 6, Pf. 14 = 9, 96a. — 86, D. 6, 45, IIv. 9—11, Pf. 9, 96d, fr. 10, 5—7. — EM 64, 13, IIIr. 17, Pf. 9, 113 (Lobel). — fr. novum 71, Dieg. 6, 10 Ἀμφάληη, post. Pf. 9, 115. — 97, IIIr. 22, Pf. 9, 118. — 94, D. 6, (3), IIIv. a. b. 1—2, Pf. 9, 118a—120. — 83a, IIIv. 6—10, Pf. 9, 124—128⁶¹. — 91, D. 6, (3), IIIv. 10, Pf. 9, 128⁶¹. — fr. novum 72, D. 6, 15 sq. Nomina laudata non a diegeta addita, sed ipsius Callimachi esse videntur⁶². — 89, D. 6, 16, post IIIv., ante IIIr., Pf. post 9, 138. — 96, D. 6, 19—20, post fr. 89. — 95, D. 6, 20 sq., post fr. 96. — 98, IIIr. Pf. 9, 9, 147.

⁶¹ Digressionem laudari videmus.

⁶² Desiderantur: *Bias*, *Priena*, *Periander*, *Corinthus*, *Athenae*, *Solo* (cf. fr. 89), *Chilo* (cf. fr. 89), *Sparta*, *Pittacus*, *Mytilena*, *Cleobulus*, *Lindus*. Urbium nomina tamen dubia.

Choliambus II, versus 1 sq. fr. 87⁶³, D. 6, 24. Post IIIr., ante IV v., ante Pf. 9, 160. — fr. novum 73, D. 6, 26, de *olore*. — fr. nov. 74, D. 6, 27, de *deis*. — fr. nov. 75, D. 6, 27, de *vulpe*. — fr. nov. 76, D. 6, 28, de *love*. Haec omnia in eadem lacuna collocanda sunt. — Ad fr. 100, p. 272: IV r. 12—13, Pf. 9, 171—174.

Choliambus III, v. 1, fr. 342⁶⁴, D. 6, 35, IV v. 15, Pf. 9, 174. — Post Pf. 9, 175 collocanda duo nova fragmenta, 77, D. 6, 36, de *divitiis*, et 78, D. 6, 37 de *virtute*.

Choliambus IV. fr. novum 79 de Simo, D. 7, 3, post Pf. 9, 206 in initio, a lacuna deleto, collocandum est. — 93a, D. 7, 7, IV r. 22—24, Pf. 9, 211—213.—93b, IV r. post 28, Pf. 9, post 217.—75, V v. 7, Pf. 9, 224. — 384⁶⁵ Lobel recte post V v. 43 (a. b. c. a.) collocavit (Pf. 9, 262—265).

Hos quattuor choliamborum libellos ita in unum librum coniunctos esse videmus, ut nunquam eiusdem similisve argumenti fabulae se sequerentur: chol. I historiae verae similis est, chol. II merus mythus (*animalia loquuntur*), cui invectiva in Eudemum et Philtonem subiuncta est. Chol. III ipsius poetae tempora cum antiquioribus componit (sequitur invectiva in Euthydemum), chol. IV magna ex parte mythus est: arbores colloquuntur. Mythos (II et IV) separatos esse videmus, ut in Catulli libro, qualis ad nos pervenit, cf. e. g. carmina de passere (2 et 3).

II et III multo breviores esse videntur, quam I et IV. Non tamen hanc ob causam, sed imprimis, quia I et IV in ludis saepe legebantur (II et III tenerae iuventuti minime apta carmina sunt), — ideo I et IV pro portione saepe laudari videmus.

b. *De Iambis.*

Diegeseon papyrum si sequimur, inde ab col. 7, 19 usque ad col. 9 extremam novem carmina narrantur, quorum indoles, —

⁶³ A Clemente Alexandrino potius memoriter quam ex ipso Callimachi libro laudati versus. Post quingentos fere annos Callimachi choliambos notos esse videmus.

⁶⁴ Hoc fr. non idem esse atque fr. 538 (sic Wilamowitz) papyrus Mediolanensis monstravit. Eustathius Callimachum una cum Homero laudat. παρεπικόπτει eqs. excusum reddere videtur, cuius narrationem E. Lobel correxit. Eadem, cum Edgari Lobel conjecturam nondum vidisem, per litteras cum Hieronymo Vitelli communicavi.

⁶⁵ Collato hymno 5, 26 choliambum IV antea scriptum esse dixerim.

quae ad res narratas — ab antecedentibus quattuor choliambis manifesto differt, nam quodque horum novem carminum de una quadam sola re loquitur, quam individuam nominare possumus, choliambi contra quamlibet fabulam in genere narrant. Sic post fabulam de lauro et oliva diegeta 7, 20 ita incipit, primo versu laudato: γραμματοδιδάσκαλον Ἀπολλώνιον, οἱ δὲ Κλέωνα τινά, ιαμβίζει. — Huius verbi causa, praeter plurimos Graecos (Call. fr. 75a. 79. 80. 82) etiam Catulli memores haec novem carmina iambos nominamus⁶⁶, quamquam clarissima illa Horatiana carmina epodi nominantur⁶⁷. Praeter papyrus Mediolanensem nunc etiam frustulum in vico Ali Gamman inventum (PSI XI 1216) eadem testatur, nam ibi col. 1, 15 litterae superstites facile iambi I primum versum extremum efficiunt.

] . . . φγ . . . Πων
ώ ξείνε, συμβουλή γὰρ ἐν τι τῶν ἕρῶν⁶⁸.

Haec papyrus, si recte vidimus, iambum I nullo modo meros choliambos esse testatur⁶⁹.

Iamborum narratio nonnulla frustula certo libro reddidit.

Iambus 1. Ibi fr. 98a redit, Pf. 22, nunc demum a nova papyro redintegratum, v. 33 sq.

Iambus 2. v. 1, Dieg. 7, 25: fr. 99, Pf. 25. fr. 75a, Pf. 11 rem narratam exponit⁷⁰. Addenda fr. nova 80, Dieg. 7, 27 de *Iove Olympio* et 81, Dieg. 7, 30 de (*Phidia*) *Charmidis filio Atheniensi*.

Iambus 3. Dieg. 7, 32 sq. v. 1—2: fr. 117. Incertorum locorum fr. nova 82: a 7, 33 *Aenus*, b 8, 1 *Epeus*, c 8, 2 *Hermes*, d 8, 2 *Scamander*, e 8, 4 *Aenus*, f 8, 9 *umerus*, g 8, 18 *Apollo*; tum fr. nov. 83 D. 8, 6 *rete piscatorium*.

Iambus 4. Dieg. 8, 21 sq. Huic iambo diegeta aut alias grammaticus inscripsit ἐπίνικος eqs., non Callimachus, v. 1: Pf. 27. Praeterea redeunt 78, Pf. 30 (sic scribendum, non, ut Schneider

⁶⁶ At non effugies meos iambos, fr. 1 Ellis. Cf. e. g. etiam Strab. 8, 354 ad Call. fr. 75a; Dieg. 7, 21; 7, 25.

⁶⁷ Horatius ipse multa a Callimacho didicit.

⁶⁸ Versum restituit Lobel, Gnomon I. l. 437.

⁶⁹ A. Koerte APF XI 239. — Iam P. Stroux, Philologus 89, 1934, 315 quattuor choliambos, non quinque esse statuit; hoc P. Maaß, cum Philologii fasciculum videre non possem, comiter per litteras mecum communicavit.

⁷⁰ ἐν ιάμβῳ τινὶ.

aliique mutaverunt); 80, Pf. 13⁷¹, fr. novum 84 Dieg. 8, 22, *Polycles Aegineta*.

Iambus 5. Dieg. 8, 33 sq. Fr. nova 85, Dieg. 8, 33 (*Philitada*) et 86 Dieg. 8, 37 (*Tyrsenus*).

Iambus 6. Dieg. 8, 41 sq.⁷². v. 1.: 82b, Pf. 15, cui fr. 100 h 1 adiungendum, quod idem narrat⁷³. Dieg. 9, 10 fr. 76, Pf. 28 est. Fortasse etiam 82, Pf. 31⁷⁴ huc revocandum. Nova fragmenta: 87, Dieg. 8, 41 de *Aspendo in Pamphylia*; 88 Dieg. 9, 1 sq. de *Venere Castnia*; 89 de *Pamphylii*, — a 9, 3; b 9, 7; 90 de *Mopso*, a 9, 3, b 9, 8; 91 de *Eretiensium Diana*.

Iambus 7. Dieg. 9, 12 sq. In initio (9, 13 sq.) fuit 79, Pf. 12⁷⁵. Addenda sunt fr. nova 92 (9, 14) *Kovylδα*; 93, (9, 15) de eodem *Connida*; 94 (9, 16) de *Selinunte*; 95 (9, 18) τὴν αἰστάν (sic scribendum videtur, ut prima manus scripsit; corr. αἰστάν, N. — V. αἰστάν); 96 (9, 19) de *Venere*; 97 (9, 21 sq.) ἀρπαγὰ τὰ *Kovylδα*.

Iambus 8. Huius carminis non paucos versus, misere mutilos tamen, iteratis curis E. Lobel edidit, *Hermes* 70, 1935, 42 sq., prium editos P. O. 1011 fol. VII recto et verso, tum Pfeiffer fr. 9, 369 sq., qui primus pentametros trochaicos agnoscit. In papyris nondum agnita fr. nova 98 (9, 27) de *Leone*, 99 (9, 29) de *Iuventute*, 100 (9, 31) de *Apolline*.

Iambus 9. Dieg. 9, 32 sq. v. 1: 83c, Pf. 19⁷⁶. Quod diegeta 9, 36, etiam 83b, Pf. 18 narrat⁷⁷.

⁷¹ ἐν τοῖς λάμψοις.

⁷² 9, 2 ἐντεῦθεν 9, 8 ποιοῦσιν excursus narratur. Lobel non ante, sed post ἐντεῦθεν interpusgit. Hic iambus verum „aition“ tangit. Fabulae (mythi) partem enotabimus, ut homo numini primum animal immolare, quod domi offendisset, mythi partem, nostris quoque temporibus optime notam.

⁷³ Fr. 82b unus primus versus Callimachi est, ceteros Schneider peroram restituere conatus est. Fr. 100h 1 Zenodotus Callimachum laudat, fortasse fr. 82b.

⁷⁴ ἐν τοῖς λάμψοις.

⁷⁵ ἐν λάμψοις.

⁷⁶ Eustathium Theonis copiis usum esse suspicamus. Theo Callimachum memoriter laudavit.

⁷⁷ Quae Suidas de choliambis dicit, satis levis momenti sunt. Primus versus choliambus est. Seri scriptores hic illic iambos (carminum librum) cum choliambis confundunt (sive liber laudari videtur, sive numeri).

c. De carminibus.

Diegeta quattuor carmina narravit, nobis iam antea aliunde nota.

Carmen 1. Dieg. 10, 1 sq. v. 1: P. Oxy. 220, col. VIII 9, p. 405, 10 Consbr. Hos versus olim etiam in carminum libro primum locum obtinuisse metricus Oxyrhynchita monstrat.

Carmen 2. Dieg. 10, 6 sq. Ut cetera omnia, etiam hoc carmen a Callimacho non inscriptum erat: Athenaeus alia inscripsit (pannychis)⁷⁸. — v. 1: 116, Pf. 2, 1. — v. 6—7 Athen. 15, 668 c, quos versus Wilamowitz huic carmini tribuit.

Carmen 3. Dieg. 10, 10 sq. v. 1: 146 a; v. 5: 146b; v. 43: 146c. Addenda sunt fr. nova 101 (10, 11) de *Arsinoa* et 102 (10, 12) de *Dioscuris*.

Carmen 4. Dieg. 10, 14. v. 1: 36. Accesserunt fr. nova 103 (10, 15) de *Delo*, 104 (10, 16) de *Mileto*, 105 (10, 17) de *sacro nemore*⁷⁹, 106 (10, 17) de *Brancho*.

Quae supra diximus, hic iterum dicenda sunt, — diegetam Callimachi verba ita suo sermone reddidisse, ut non facile esset poetae verba e iejuna narratione enucleare. Quaedam etiam nunc latere possunt, hic illic fortasse plura Callimacho vindicavimus, quam re vera vindicare oportebat.

30. De Salustii hypomnemate.

Melius quam cetera, Salustii hypomnema in Callimachi Hecalam notum est⁸⁰. Hoc libro et Suidas et Photius (E. gen.) usi sunt. Pauca alia vestigia apparuerunt, libri e. g., qui iambos illustrabat. Salustius, non secus ac ceteri seriores grammatici, cf. e. g. scholia in Theocritum, priorum grammaticorum copiis usus est. Imprimis Byzantinorum ope demonstrari potuit Salustum Theonis et Epaphroditii doctrinae suam addidisse, cf. e. g. Suidae glossas Δ 946, fr. 245, K 7; I 343, fr. 42, K 64, 13; fr. 567, fr. 184, K 82. Non modo hic, sed etiam saepe alibi idem lemma ter explicari videmus⁸¹.

⁷⁸ παροιμίαν R. Pfeiffer feliciter correxit e papyri παροιμίαν. Etiam Atheniensium tragoediis non ipsi poetae, sed magna ex parte seri grammatici nomina inscribebant.

⁷⁹ ιερά οὐλή pap., ιερὰ αὐλὴ Hiller von Gaertringen.

⁸⁰ Praeter ea, quae supra diximus, vide, si placet, Carolum Wendel, Gnomon 11, 1935, 237.

⁸¹ Cf., e. g., quae Wendel de scholiis Theocriteis tam bene exposuit.

Priora hypomnemata, quibus Salustius usus est, saepe Theonis sunt, Epaphrodit vestigia rarius occurunt. Inde sequitur hos claros grammaticos non solum in Aetiorum libros, sed etiam in alios, inter quos in Hecalam, hypomnemata scripsisse. Quod supra lexeon libri nobis monstraverunt, idem etiam hic videmus: Epaphrodit nomen non solum cum Aetiorum libris, sed cum omnibus Callimachi libris coniunctum est; ex Epaphrodit nomine nihil nisi Callimachi libro laudato sequitur.

Salustii libri Sophoclem illustrantes noti sunt; at laudatur etiam plane alibi, in voluminibus Latinis, a Servio, e. g. Aen. 7, 604 aut 11, 659, ab Acrone, e. g. Hor. carm. 3, 24, 9, a Iuvenalis hypomnemista, e. g. 4, 42 aut 15, 115. Non igitur mirabimur sollerter Salustum aut multa aut omnia Callimachi carmina denuo edidisse.

KOPSAVILKUMS.

Sākot šo pētījumu, autoram bija nodoms atrast celu Kallimacha slaveno dzejisko darbu „Aitia“ un „Hekala“ rekonstruēšanai. Mēģinājums meklēt atrisinājumu, izejot no uzglabājušos fragmentu saturu, veda pie slēdziena, ka šis ceļš absolūti neejams. Arī mēģinājums atrast rekonstrukcijas elementus, pētījot Kallimacha dzejisko stilu, noveda pie negātīva rezultāta. Atlika trešais ceļš — noskaidrot atsevišķo fragmentu teksta vēsturi, lai varētu nākt pie tādiem fragmentu nesēju slāniem, kas atļautu pēc šo fragmentu nesēju tipa noteikt fragmentu piederību. Tādam pētījumam veltīta šī grāmata.

Lai rastu drošus pamatus meklējumiem, pētīti tie autori (fragmentu avoti jeb nesēji), kas izdoti pēc Šneidera grāmatas iznākšanas (*Callimachea II*, Leipcigā 1873). Pārbaudīti arī ne visi, bet svarīgākie un labāk izdotie, jo viņi tad varēs noteikt, kāda nozīme ciemiem, sīkākiem avotiem. Šāda izlase, metodiski pamatota, arī ir cēlonis nosaukt pētījumu par „izlasītām nodaļām no Kallimacha teksta vēstures“. Pētījuma viela ir: Hēfēstions un Atēnejs, visi grieķu grammatiķi (izņemot Hērōdiānu, kas izdots agrāk un Šneidera izmantots, lai gan izdevums pie stingrākas kontroles izrādījās par nelietojamu), scholiju izdevumu virkne: Apollōnija Rodieša, Arāta, Eurīpida, Likofrona, Pindara, Sofokla, Teokrita, beidzot dažas Bizantijas vārdnīcas: Svidas, Fotija, t. s. *Etymologicum genuinum* (cik notaļ tas izdots), un *Etymologicum Gudianum*, cik tālu

sniedzas de Stefani izdevums. Sasniegtie rezultāti, bez daudziem sīkākiem labojumiem Kallimacha fragmentu tekstos, ir šādi: Pēc fragmenta nesēja nekādi nevar noteikt, no kāda Kallimacha darba ir citēts attiecīgais pantinš, tā tad mērķis, ko autors sev uzstādījis sākot šo darba posmu, izrādījies par nesasniedzamu. Turpretim ir gūti daži principiālas dabas rezultāti, kas varētu sniegties pāri Kallimacha jautājumam. 1. Ir jāšķiro scholiji, kas uzrakstīti uz autoru manuskriptu malām (viduslaiku rokrakstos), no pirmatnējām hipomnēmām, tādiem komentāriem, kur autora teksts saraustīts mazākās vārdu grupās („lemmās“), kurām tūlīt seko skaidrojums. Šīs hipomnēmas sacerēja, sākot ar otro g. s. pr. Kr., līdz kādam IV. vai pat V. g. s. pēc Kr. Viņu pamatā ir lekcijas, ko lasīja grammatiķi lielajos kultūras centros. 2. Hipomnēmu autoru intereses bija, bez estētiskas un vispāri literāriskas skaidrošanas, vēl sevišķi cenšanās sniegt vārdu etimoloģijas (kā šo „etimologizēšanu“ toreiz izprata). 3. Tikai daudz vēlāka laika hipomnēmām un scholijiem nāk uzdevums „skaidrot“ tekstu, — kad lūzums sarunas valodā bija padarījis agrāko gadsimteņu tekstus pa daļai nesaprotamus. Lielā hipomnēmas principiālā nozīme pēcklasiskajā antīkas pasaules gara dzīvē ir iemesls nosaukt sacerēto pētījumu vārdā „Hypomnema“.

Hipomnēmas un „etimoloģijas“ nozīmes atrašana noteica pētījuma tālāko novirzienu. Izdevās konstatēt (tā domā autors), ar ko atšķiras Teona un Epafrorita, pazīstamo Kallimacha komentatoru, etimoloģiskās sistēmas viena no otras.

Bizantijas vārdnīcās varēja noteikt, kādi elementi nāk no hipomnēmām, kādi no speciālajām, agros laikos sastādītām, etimoloģiju vārdnīcām („lexeis“). Līdz ar to varēja vilkt robežu starp tiešajiem citātiem, kas, sevišķi pie Svidas, lauj ar pilnu drošību piešķaitīt zināmus citātus Kallimacha Hekalai, un tiem, kuru izcelšanās no etimoloģiskām vārdnīcām pilnīgi aizmiglo citāta piederību pie kāda noteikta Kallimacha darba. Gala rezultātā ir atrasts līdzeklis pazīt tiešos un netiešos citātus. Arī Svidas vārdnīcas redaktora darba paņēmienus varēja, kaut pa daļai, noskaidrot, — cik notaļ viņa saistīta ar Kallimacha tekstiem.

Jaunāko laiku papīrusu atradumi, sevišķi t. s. „scholia Florentina“ un „Diegeseis“ prasīja uzmanīgu pētījumu, sakarā ar grāmatas pamatzdevumu atrast ceļus rekonstruēt dažus Kallimacha dzeiiskus darbus. Tam veltīta VII nodaļa. Autors nācis pie slē-

dziena, ka divi minētie papīrusi ir vienādas dabas, pat varbūt viena un tā paša oriģināla noraksti. VIII nodaļā autors rekonstruē, cik tas tagad iespējams, Kallimacha zaudētos darbus, iziedams pirmkārt no fragmentu likteņiem un gandrīz pilnīgi atmetot paņēmienu rekonstruēt, izejot no atsevišķo fragmentu satura. Pēdējā paragrafā dots ūss mēginājums noskaidrot Salustija hipomnēmas raksturu. Pielikumā autors sakopojis visus Kallimacha vārdus, kas kļuva zināmi jaunajos papīrusu atradumos, pēc Pfeiffer'a grāmatas (Callimachi fragmenta nuper reperta, Bonnā 1923), un tos, ko viņš varēja atdabūt viņa paša konstatētos jaunajos fragmentos.

NOVA COPIA VERBORUM CALLIMACHI.

Verba Callimachea, quae papyri post Pfeifferi libellum editum nobis redonaverunt, quae Lobel novis curis in choliambis et iambo VIII restituere potuit, quae in Schneideri fragmentis correximus, quae praeterea invenimus, hic collecta sunt.

Locutiones Callimacheas, a scholiasta sive grammatico non laudatas, sed narratas tantum, aut ipsas aut fragmenti numerum sane, uncis inclusimus.

Indicem ita scripsimus, ut eiusdem nominis verbive formas non totas citaremus, sed solam partem mutatam. Accentum apices, candide lector, ipse rectos legas nec duos uni verbo inditos putas. Frustula sic signavimus:

a 13 litteris minusculis novas papyros, v. supra § 2. pag. 311.
L II r 8=L(obel), (folium) r(ectum); v=v(ersum).

D 43 fragmenta nova.

385 Schneideri fragmenta mero numero addito citavimus.

A

- ἀ a 33. g 11
- Ἄβαντες 259
- Ἄβδηρ' 544: m 2, 29
- Ἄβδλησα 455
- Ἄβρά c 13
- Ἄγαθέ a 24; -θή VII v 41
- Ἄγγεσι c 91
- Ἄγινει 544: m 2, 29
- (Ἄγκυρα) D 63; -ρης m 3, 1; -ραι II r 22
- Ἄγνεύη VII v 24
- Ἄγνόν 495; -νά D 6
- Ἄγνωτον 422
- Ἄγριώμενος o 3
- Ἄγει c 89; -ουσι c 43; -οις c 69; -εσθαι c 84; ἄξωσιν g 10; ἥγαγον VII r 31; -ε c 61
- Ἄγχ[c 109
- Ἄγών 1. m 8, 23

- ἀδελφ[a 47; -είης c 59; -ει e 51
- Ἄδρανιτῶν c 52
- Ἄδωνιν IV r 14
- (ἀε!) D 16
- ἀείδω VI v 30. a 33; -δει m 5, 3; -δομεν a 29; -σομαι VII r 13; ἥεισας V v 27; -δεγ 526
- ἀεισμα a 3
- ἀήτης e 53
- (Ἀθηνᾶ) D 63
- (Ἀθῆναι) D 54. 72
- (Ἀθηναῖς) D 81
- Ἀθω e 46
- αἰαι IV r 14
- (αἴγειρος) D 53
- (Αἴγειν) D 65
- (Αἴγινήτης) D 84
- Αἴγύπτοιο a 13
- (Αἴγωστις) D 1

- αλέν c 43
 Αιθίοπος e 52
 αίμα c 85; -τι m 5, 9
 αἰνήσουσι VII v 19
 αἰνιγμα g 14
 (Αινος) D 82. 82 e
 αἴρευνται VI r 28
 αἰσιαν D 95
 ἡσύμνας m 4, 36
 αἴοντες c 80
 ἀκού[VI r 24
 ἀκοναῖς c 16
 Ἀκταη 348: m 10, 19
 Ἀλειος 99: m 7, 25
 Ἀλιαρτος c 89
 ἀλιβδύσουσι 269
 αλιτω V r 7
 Ἀλκαθόου 272
 ἀλλά V v 40. VI v 7. VII v 35.
 a 9. 20. 27. 53. c 30. e 61.
 g 13. D 12. -ἀλλ' a 47. c 70.
 124. g 6. m 4, 36. p.
 ἀλλήλοις c 76
 ἄλλοις a 32; -ου m 9, 12; -ογ c 34;
 -η m 10, 1; -ο b 61. D 45
 ἀλλοτρίη VII v 34
 ἀλές o 26; (ἄλεις) 373
 ἄλφα III r 11
 (Αλφος) D 53
 ἄλωπης D 75
 ἄμαξαι a 25
 ἄμιλλωντο VII v 1
 Ἀμνίσου m 9, 25
 ἄμπελος m 4, 30
 (Αμύντωρ) 493
 Ἀμφάλη D 71
 ἄμφι c 74
 (ἄμφορίτης) m 8, 23
 ἄμφω c 123
- ἀν V v 19 (236). g 3
 ἀνά a 27
 ἀνέκαυσας g 4
 ἀναξ IV v 15
 ἀνέπαυσε V r 20. VI v 29
 ἀνεπλάσθη VI v 16
 ἀμπυρίξας o 17
 ἀντέλλοντα e 49
 (Ἀνδρόγεως) 33 b: m 5, 5
 ἀνδρα a 15; -ρες II r 1; -ρας m 1, 37
 ἀνθρώποις e 60
 ἀνισχούση 206
 ἡνέψηται D 34
 ἀντησ[VII r 12
 ἀντιασάντων 479
 (Ἀντιγόνη) D 61
 ἀντίξουν c 75
 (ἀνυμνεῖν) 373
 ἥνυσα a 4
 ἀνωγα a 25
 ἀοιδήν a 19; -άς VI r 28
 ἀοιδῷ VI v 20; -δέ a 23
 ἀπαι[VI r 15
 ἀπαξ VI r 12
 ἀπασι D 5
 ἀπιόντος II r 22
 ἀπειμπολή VI r 26
 ἀπέχου D 22
 ἀπνοα c 14
 ἀπό II r 2. c 8. m 4, 36. p; ἀπ'
 a 13. 19
 ἀπέδραμον c 80
 (ἀποθνήσκω) 144
 (ἀπολαχώ) D 49
 ἀπόλοιτο e 48
 Ἀπόλλων a 22; -νος II r 8;
 c 76 (D 46. 47. 48. 82. 100)
 ἀποστάξαντος 205
 ἀπέθεντο a 38

ἀπέθρισε c 72
 ἀπρηγεῦνται IV r 9
 ἀπταίστου[a 45
 ἀπυστος 272
 ἀπωθε (?) o 15
 ἄρχ c 80; ἄρ V r 37
 (Ἄργοναῦται) D 63
 (Ἄργος) D 56
 Ἄργω m 5, 36
 (ἀρετή) D 78
 ἄριθμιος e 61
 Ἀρκαδ[D 43
 ἄρκτος D 107
 ἄρπαγά 79: m 9, 13. D 97
 ἄρπαγες VII v 25
 ἄρπασον c 63
 (ἄρρηφόρια) K 153
 (Ἄρσινόη) D 41. 101; -ης e 54
 ἄρσιν e 45
 Ἀρτεμις m 3, 34. (D 46. 53. 91);
 -μι m 9, 25
 ἄρχαιοις e 64; -ης VII v 3; -η c 49

